

PAVLI AEGINETÆ LIBER SE  
cundus de Febribus, Ioanne Guinterio  
Andernaco interprete.

CAPVT PRIMVM.



B S O L V T I S de ualetudin  
ne tuenda præceptis, exequi ag  
grediemur, quomodo eos, qui  
morbis iam conflictantur, ad meo  
liorem statum perducere opor  
teat: à similaribus utpote simplis  
cioribus morbis exorti. quales  
nimur sunt, quos febribes ap  
pellant. Rursus igitur nos Oribasis compendio, quod  
ex Galeni commentariis est excerptum, aliorumq; com  
plurium breviori disciplinae via utentes, paucula quoq;  
ab illis omessa adiungemus.

QVOT ET QVÆ PRINCIPIA  
lia in morbis potissimum febribus  
perquirienda. Cap. II.

P Rimum quidem perquirere conuenit, morbus  
salutis ne spem promittat, an desperationem mi  
netur. Alterum, si uitæ securitatem pollicetur, utrum  
acus sit, an longus. Hæc sane in aliis quoq; magnis af  
fectibus commode queruntur. Tertium, nunquid una  
uice iudicium subeat, quod febribus potissimum pecu  
liare est, an particulatum soluatur.

EX GALENI COMMENTARIO  
riis, quale morbi principium dicamus.

Siquidem capitis dolores & febris haud eadem existunt,  
quemadmodum nec vigilia, & cibi fastidium, totiusq;  
corporis grauitas, & sensus lasitudinis. Verum unumq;  
quodq; licet à febre sit diuersum, ipsam tamen denuntiat.  
portò febris inuadens, præsertim acuta, necq; nos potest  
necq; imperitum quenq; latere. Sed finge, si placet, etiam

Laterē, miraculum tamen iudicauerim, si hora amplius  
ægrum subterfugerit. Quamobrem illud tempus mor-  
bi esse principium dicemus, quo manifesta primum fe-  
bri corruptus decubuerit.

## VNDE COGNOSCENDVM,

morbis ne sit sanabilis, an pernicio-  
sus.

Cap. III.

**L**etales notæ sunt facies cadaverosa, nares acutæ,  
oculi concavi, reliquaq; ab Hippocrate commen-  
tata: multoq; magis si hæc ita sunt, ut neq; ui-  
gilia præcesserit, neq; uentris resolutio, neq; inedia. Item  
in propinquuo mors est, si oculi lumen refugiunt, & citra  
exteriorem quandam causam illachrymant, idq; nullo  
peculiari uitio affecti. Ad hæc si alter ipsorum minor ap-  
pareat: quæq; in iis alba esse debent, rubescant, aut livi-  
ant, aut nigrcent. Aut si pituita crassior ipsis inhærescat,  
perq; somnum alba oculorū appareat palpebris extrin-  
secus nō cōmis̄s, nisi ea uehementer fluens aliud ex-  
prefserit, aut ex confuetudine ipsis hoc acciderit. Iā illa  
mortis sunt indicia, dentibus stridere, aut despere, aut in-  
ueste floccos legere, aut fimbrias deducere ac festucas  
carpere. Attendendumq; est, si æger supinus cubat, &  
ueluti membris laxatis, uel si deorsum à lecto ad pes  
des delabatur, quod extrema imbecillitatem fatetur.  
Multo peius est, frigidum spiritum ex naribus & ore  
elidere, pulsus languidum crebrumq; sentire. Quia si  
deficiat, ægerq; ad animi deliquium sudore digeratur,  
perniciem præfigit. Si igitur omnia, quæ retulimus indi-  
cia, aut plura his apparent, aut etiam pauciora, sed us-  
lida, nullumq; salutis argumentum affulserit, pericus-  
lum mortis ineuitabile signat. Contra spirandi facis-  
itas, pulsus uegetior, mens sibi constans, ad hæc  
facies iacentisq; habitus, sani similis, cibi appes-  
tentia, nihil mali, sed securitatem portendit. In  
uniuersum quæ à naturali habitu maxime abhor-  
tent, pestifera sunt. quæ ipsi respondent, salutaria.

E ii

P A V L I A E G I N E T A E

Cæterum præsga ex urinis, deiectione, & sputo, paulo post exequemur.

D E S I G N I S L O N G A E V A E  
letudinis. Cap. III.

**Q** Vatuor notis morbi dignoscuntur: ipsorum motu, ægrotatis habitu, pulsu, febrium specie. Motu quidem in eum modum: si quatuor partcularis accessionis tempora, ocyus & breuisimo spatio inuaserint, peracutus erit affectus, cuius extremus terminus est, septimana, magna uero ex parte quarto die crisi experitur. At si longius quidem q̄ hic affixerit, sed duodecim horarum spatium non excedat, acutus prædicitur, qui intra quartumdecimum diem soluetur. Qui pluribus horis protenditur, ut initium duntaxat & incrementum longiore tum diei tum noctis tempore absoluat, eiusmodi longus morbus existit. Sin autem partculares accessiones morbus non habeat, sed inde ab initio ad usq; finem continuet, tanquam una sit accession, ueluti in continuis, etiam hunc nimimum acutis adscrives. Aegrotantis habitu hoc pacto deprehenduntur. Si quidem facies est mediocriter habita, licet totū corpus collabatur, acutum morbum præfigere est. Si prolsus nihil emacrescit, longus erit, quippe copia materiae longiore spatio concoquenda signatur. Ex arteriarum motu ita diuinaris: Magnus pulsus, uehemens, citatus, creber, acutum morbum indicabit, contrarius, longum. A febrium specie hunc in modum: quatenus calidæ & urentes, acutum signant morbum, nitiores & ueluti elangue scentes, diuturnum.

Q U O M O D O P R A E S C I E M V S  
an morbus iudicium subiturus solvens  
dusve sit. Cap. V.

**H** Oc quoq; præscire licet ex iis, quæ modo sunt nobis dicta, nempe ex febrium specie, & tempore. Eorsam autem totum ex febrium specie. Sigdem calidæ, & perurentes, breui finiuntur, & excretionis

## LIBER SECUNDVS

35

bus solui solent. Mitiores, languidioresq; prorogantur  
diutius, & in abscessus magna ex parte erumpunt. Hinc  
liquido constat, non solum quando morbus soluetur,  
sed etiam quo pacto. Nam acuti per excreta iudicantur:  
per abscessus, longi.

DE DIEBVS DECRETO<sup>s</sup>

tiis. Cap. VI.

**D**ierum decretorum alii de ægris frequenter,  
cum fide, salubriter, perfecte, manifesto, & insig-  
niter iudicant, alii contrario his modo. Tertius  
decimus medium quendam inter utrumq; dierum geo-  
nus ordinem habere monstratus est. Ac sunt ex ipsis, q  
uel exiguum natura impetum naçii, de morbo possunt  
decernere: quemadmodū septimus, quartus decimus:  
pleriq; uero, nisi in uehementibus naturæ motibus, mor-  
bos neutiquam possunt soluere. Verum nec uniuersi  
boni, simili inter se modo boni sunt: nec omnes mali,  
pari ratione sunt mali, item nec certo ordine bonitatem  
malignitatemve obtinent. Qui igitur primi sunt ordi-  
nis, nempe bonorum numero comprehensi, hunc in mo-  
dum se habent. Praestantisimi omnium sunt, septimus  
& quartus decimus: mox notus, undecimus & uigesimus:  
decimus: dcinde decimus septimus & quintus. hos sequi-  
tur quartus, post hunc tertius & decimus octauus. His  
contrarii, ad secundum ordinem referuntur, pessimus,  
quiq; cum periculo, nec clare de morbis iudicat, ac ue-  
luti ex aduerso septimo diei opponitur, sextus est. Huic  
consimiles, octauus & decimus: secundum quos duos  
decimus, sextus decimus & decimus nonus habentur.  
Medius horum est tertius decimus, nec ita repudiādus,  
sicut ordini secundo ascripti: nec tam feliciter morbum  
potest soluere, q; qui ad primam classem pertinent. Atq;  
que hoc dignitatis ordine Galenus est usus. Numeroru  
uero ordine boni sunt: tertius, quartus, quintus, undeci-  
mus, quartus decimus, decimus octauus, uigesimus. Ma-  
li autem: sextus, octauus, decimus, duodecimus, sextus

E iii

## PAVL I AEGINETA

decimus, decimus nonus, inter hos medius consistit, tertius decimus. Porro ex his decretoribus nonnulli quoque aliorum sunt indices, quos Hippocrates appellavit speculatorios, eo quod iudicia alio die futura preannuntiant, contemplandaque exhibeant: exempli gratia, quartus, iudicium septimo die futurum premonstrat: dum uidelicet sudores quosdam, aut madores, aut eiusmodi particulares uacuationes molitur, aut significationes prius non factas, aut concoctionis notas representat. Iam uero Galenus etiam sexti, licet non boni, quartum esse indicem asserit. Undecimus quartidecimi index est: septimus decimus autem, uigesimi. Itaque ad quadragesimum usque diem ualentissima de morbis sunt iudicia. Proxime succedunt, qui usque ad uigesimum habentur. Qui post hunc ad usque quadragesimum porrigitur, paulatim uehemeniam remittunt. Primae dignitatis sunt, usque uigesimus septimus, trigesimus quartus & quadragesimus. Hos sequuntur, uigesimus quartus, trigesimus primus, trigesimus septimus. Qui uero dies a uigesimo quartu decimum usque intercedit, omnes iudicii sunt expertes. Sicut qui post quadragesimum habentur, omnes prorsus elangescunt, concoctione potius & ab celsu que crisi morbi finientes. Atque alios quidem a quadragesimo die Hippocrates omnino negligere uidetur, lexagesimi uero, octogesimi & centesimi rationem habet. Ab his deinde alios morbos septem mensibus, alios septem annis, alios, ut uerissime est duabus annorum hebdomalibus, alios ternis iudicio solui tradit.

## DECRETORIA INDICIA IN

morborum principio esse prava.

Cap. VII.

**C**oncoctionis signa nunquam sinistre apparent, quippe omnis concoctionis naturae uincens opus est, eoque semper securitatem pollicetur. Decretoria uero signa interim incommodo apparent, propterea quod crisi ipsa ambigat, nunc bona, nunc mala con-

tingit, ut prius in decretoriis diebus est cōprehensum.  
Neque igitur per initia, nec in augmento ipsa commo  
de apparent, sed ubi morbus inclinauerit, quo tempore  
natura ipso valentior est.

## Q V E M A D M O D U M F V T V

sum iudicium praeoscendum sit.

Cap. VIII.

**S**i accessiones intendantur, praeueniantq; tempus  
confuetum & multo fiant uehemintiores, ac ter-  
tio quoq; die significationem sui praebeant, tū con-  
coctionis signa in urinis, aut defectionibus, aut sputis cer-  
nuntur, sine mora plane morbus iudicabitur. Si accessio-  
nes lente moueantur, eadē q; hora inquidant, ac quos  
tidie affligant, lōgiore temporis spatio interposito, mor-  
bi solutionem expectabis. Item iis qui rigore uehemen-  
ter febricitant, fieri non potest, ut morbus ante soluat,ur,  
q; ille fuerit lenitus. Nisi enim rigor momentum remit-  
tat, haudquam morbus ad statum peruererit, muls-  
to q; minus inclinatio ipsius speranda est.

## Q V O M O D O I N S T A N S M O R

borum iudicium agnoscatur. Cap. IX.

**A**nte quamlibet iudicationem ægrotus male ex-  
cruciat. Atq; si interdu illa continget, nox sus-  
perior inquieta est. Si noctu futura est, dies ante-  
cedit tristior. Ac superueniunt symptomata, utpote cas-  
pitis dolor, quem prius non sensit. præterea collum do-  
let, præcordia sursum conuelluntur, spirandi quædam  
difficultas repentina oritur, aliaq; grauia symptomata,  
quaæ superiori tempore non percipiebantur, apparent.  
Atque his ita obuenientibus si pulsus nō concidant, sed  
elatus attollantur, uehemintioresq; fiant: ad hæc dies  
decretoriis indicetur, isq; potissimum ex illorum ordi-  
ne, qui probe decernunt, non iudicium modo futurum,  
uerum salutiferum quoq; expectato. Neq; deterre in  
his te debet, si ægrum delirantem, exilientem conspi-  
cas, Etenim & hæ succorum ad superiora tendentium

E ivi

## PAVLI AEGINETA

notæ sunt: sicut ediuerso inferiora petentium, alia, puta  
 imi uentris rosio, circa umbilicum tormina, lumborum  
 dolor, uentris murmuratio. Est cum alia quoq; indicia  
 similia deprehenduntur. Ad hæc si per hæmorrhoidas  
 uacuari laborans consuevit, etiam huius uacuationis cir-  
 cuitus una incidit repetitq;. Pari modo in menstruis, si  
 mulier est quæ laborat, non absurdum fuerit per taletum  
 uacuationem in orbi fieri iudicium. Iam sudores tum  
 ex corporis madore qui præcessit, ut uerisimile est, &  
 præsertim in die contemplatorio erumpentes, tum ex  
 meatuum reclusione prænoscendi sunt. Ac quæ per sus-  
 perna uacuationes futuræ sint, ex his maxime intelligas  
 licet. Nam præter ea quæ iam nobis sunt exposita, etiæ  
 ægrotantis facies intuenda est. Itē si qua partium ipsius  
 palpitet, aut uenæ in temporibus pulsent, aut gena, aut  
 nasus, aut oculus rubicundior appareat, maior spes ua-  
 cuationis per superiora futuræ subest. Quod si etiam  
 sine uoluntate illachryment, aut splendores oculis obdu-  
 ci imaginentur, ac naribus ueluti scabèdi studio manus  
 admoveant: tunc quidem non amplius morari, sed iam  
 adesse fluorem sanguinis uidebis. Vbi enim semel ac  
 iterum scaberint, erumpit. Rosio uero stomachi, & labri  
 inferioris tremor, crisim per uomitiones futuram subin-  
 de nuntiarunt. Atq; de his abude est. Accedit ipsis, ægro-  
 tantis ætas, & natura, quæ spem nostrā confirmat, præ-  
 terea anni tempus, & prælens constitutio. Nam si æger  
 adolescens est, aut alioquin naturæ calidæ, aut sanguinis  
 copiosi compos, multo magis sperandum est. Quod si etiam  
 antea, uel æger, uel sanus, ut supra dictum est, ua-  
 cuationem sanguinis expertus fuerit, hoc uel solum ad  
 profundendi sanguinis spē exhibendam satis est. Iam  
 uero si anni tempus ætas est, aut si non ætas, certe cas-  
 lidus aeris status, ac saepè illo tempore per sanguinis po-  
 fluum crisim sustinuerunt, corpusq; sanguine redundet,  
 quod πλυθωρικόν nominant, & consuetarum excre-  
 tionum sit retentio, hæc quoq; spem tibi auxerint. Si nis-

Ilis porro & in reliquis uacuationibus ratio habehda est.  
 At si horum nihil apparuerit, sed æger in aliquo decreto  
 tortorum, qui post uigescimum maxime sunt dierum cō  
 fidatus sit, id quod dum morbus consistit, ac dolores qui  
 5 dam in articulos aliquos decumbant, aut secundum au  
 res, aliasve particulas hærent, aut dolores quidem mi  
 nime, uerum sudores continuui ex particula aliqua mem  
 bratim erumpant, abscessu morbum finendum expre  
 stabis. Ac in illa potissimum particula abscessus se pro  
 10 met, quancunque uel sudores, uel dolores, uel tu  
 mores exerceant.

## QUEMADMODUM OPTIMI

mum iudicium peractum agnosca

mus. Cap. X.

15 **S**i uacatio competens secundum concoctionem  
 acciderit, & febri æger leuatus, aliisq; accidentibus,  
 colorator euaserit pro uacuationis ratione, puls  
 sumiq; uegetiorem acceperit, ac tum insurgendo, tum  
 20 fese erigendo fortior sit redditus, quodq; omnium secu  
 rissum est, si ad morbum ferendum facilitas subsecu  
 ta sit, ea sane laudatissima iudicatio habetur. Quod si  
 horum aliquo deficit, tantum ab optimis abest, quantum  
 id ualeat quo deficit.

## DE PVLSIBVS EX GALENI

commentariis. Cap. XI.

25 **P**ulsus motus est, quo cor & arteriae attolluntur,  
 submittunturq;. Pulsus ipsius duplex est. Etenim  
 eleuatione, Graeci διασόλην' appellant, qua arteria  
 ueluti explicatur quodammodo, ac patescit, frigidus aer  
 30 ingreditur, uitale robur accendens, recreansq; . ex quo  
 etiam animalis spiritus habet originem. Submissione,  
 συσόλην' Graecis uocatur, qua arteriae extrema ad medium  
 sui concidunt, coniuentq;, fuliginosa recrementa expel  
 luntur. Cæterum haec arteriae, oblonga sunt uasa, uenarum  
 35 modo concava, sed duplice tunica muniuntur, tum præ  
 dicti motus gratia, tum quod sanguinem spiritumque cō

## PAVLI AEGINETA

tinent. Originem trahunt ex corde, sed per totum cor<sup>s</sup> pus membratim distribuuntur. Omnes igitur pulsus modo et sibi inuicem, et cordi respondent. Quamobrem ex una ipsarum, omnium rationem queas colligere, nō item uniuersarum ex æquo motum percipere. Sed eas sumquæ excarnes corporis partes perreptant, promotius, quæ carnosis subsunt, obscurius. Porro ipsis quæ brachiale excurrunt omisis, nullam aut congruentius, aut usu commodius attigeris. P R I M V M pulsum genus ex motus tempore sumitur, ut quod eleuatione arteriarum, atque submissione examinetur. Differentiae ipsius sunt, citatus pulsus, tardus, et mediocriter: quoniam omne quod motui est accommodatum, aut celeriter, aut lente, aut mediocriter pro temporis ratione mouetur. Citatus est, qui exiguo tempore multum spatii motu emetitur. Tardus, qui longo tempore, paruum interuersum perficit. Mediocriter qui medium quendam motum inter citatum et tardum, peragit. A L T E R V M genus submissionis quantitate conitat. Nam quodlibet corpus tria fortitur interuersalia, longum, latum, profundum. Quare etiam arteriæ corpus tribus constare interuersum, necessum est. Verum in naturali animalis habitu mediocriter ipsam undequaque eleuatam reperies. Contraria, cum animal præter naturam habuerit, nonnūquam in aliqua horum distantia deficit, aliquando excedit. In quo statu meminiisse cœuerit, qualis pulsus naturalis fuerit, si latitudine maior inueniatur, latum uocabis, si longitudine, longum, si profunditate, altum. Liquet autem contrarios quoque ipsis, et naturali minores, ad eum esse modum appellandos, arctum, breuem & humilem. Qui vero omni distantia æqualiter in statum naturæ contrarium uertuntur, ex iis alias hac ratione imminutus, parvus: alias auctus, magnus nominatur. T E R T I V M genus pulsum, ad uirtutis robur exigitur. Differentiae ipsius tres sunt, uehemens, languidus et mediocriter. Vero uehemens quidem est, qui tangentis manum ualide percutit.

tit. Languidus, qui inualide et imbecilliter. Mediocris, horum medio consistit, quem nonnulli naturalem esse putauerunt. Nam ira et exercitiis uehementiorem fieri pulsum asserunt, qui à naturæ habitu recedit, quorū dīctis Galenus uenit obuiā, non firmiter inquiens, sed prōpte mutari eum pulsū, qui ex causis non naturalibus uehementiō euadit. Pulsus igitur uehementiō, qui nō expedite mutatur, is nimis naturalis et moderat⁹ fuit. Q V A R T V M genus, instrumenti constitutiōe  
 10 constat: dico autē arteriæ corporis statu differentiæ hūs ius quoq; tres sunt. Vel. n. instrumentum durius est, q; na-  
tura exigit, ac pulsus uocatur durus. Vel mollius, ac no-  
minatur mollis. Vel mediocriter habet, ac moderatus  
 15 inde nuncupatur. Q V I N T V M genus, ex q̄titate in  
fusionis arteriæ pendet. Hæc habet discrimina. Plenus  
est, uacuus et mediocris: qm totum uas, aut plenum est,  
aut uacuum, aut mediocriter repletum. Plenus itaq; est  
pulsus, uti Archigenes definit, qui arteriam plenōrem re-  
præsentat, et submissionem succo impeditam. uacuus q;  
 20 undæ modo arteriam excitat, ut digitorum impressiōe  
loci inanitas confidat. Hæc igitur quinq; pulsuum gene-  
ra, uno arteriæ motu constant, qm uero calor, qui in  
corde habetur qualitas, ex arteria quodammodo ma-  
gis euidenter apparet, dignati sunt etiam hoc pulsuum  
 25 genus. S E X T V M, commemoratis annumerare. Ad  
reliqua uero genera, tum quæ uno, tum quæ multis pul-  
libus comprehenduntur, pertinet quod quietis tem-  
pore constat, ei quod numero, et quod æ qualitate  
et inæ qualitate, insuper quod ordine et inordinatio-  
 30 ne constituitur. Quod itaque quietis tempus spe,  
Etat. S E P T I M V M à primo numeratum, diuidi-  
tur in frequentem et rarum et moderatum. Nam  
cum arteria dupli agitur motu, qui contrariis  
absolutior motibus, necesse est ut duplicita interualis  
 35 la cum ipso incidant. Alterum quod post eleuatio-  
nem, ante submissionem est: alterum quod secund

## PAVL I AEGINETA

dum submissionem, eleuationem præcedit, quæ etiam plerisq; imperceptibilis esse uidetur, ut inter duos motus quies aliqua media existat. Cui iā longū getis tēpus est, is rarus dicitur: cui breue, creber: cui mediū moderatus. O C T A V V M. genus pulsū ad rhythmū summatū p̄tinet, est aut̄ rhythmus qdē habitus, aut t̄pis ad tēpus proportio. In pulsu aut̄, iuxta quædam tempora motus, ad quietis tempus, ut pro eleuatione & subsmissionis, ad nonnullam quietem intercedentem. Secundum alia uero tēpora, ad motus quietisq; tempus, aut motus ad motum, nempe eleuationis ad submissionē, aut quietis ad quietem, puta interioris ad exteriorem p̄ portio. Differentiae numeri seu rhythmi principes sunt duæ, pulsus boni rhythmī, & nullius rhythmī. Porro uocatur pulsus nullius rhythmī, non qui nullum rhythmū obtinet, id enim fieri nō potuit, sed malo rhythmō præditus, quemadmodum nullam habere uocem, nullam ceruicem eum dicimus, qui malam ceruicem malamq; uocem sortitus est. Cæterū pulsus cui nullus rhythmus adest, triplex differentia existit. Alius siquidem est parathymus, mediocrem boni rhythmī peruerſionem obtinens. Alius heterorhythmus, id est, alterius rhythmī, q; longius à bono recessit. Alius ecrhythmus, qui omnino bonitatem rhythmī corrumpit. Veluti cum puerum significas, peculiaris quidem puerili ætati iuxta rhythmū pulsus eurhythmus appellatur: qui ad uigentem ætatem pertinet, heterorhythmus: qui nihil huius seruat, ecrhythmus dicitur. N O N V M pulsuum genus est, qd̄ in omnibus prædictis inuenitur iuxta æqualitatem & inæquitatem generatum, quod uel in uno pulsu, uel in pluribus spectatur, systematicum quoque uocant, de quo prius tanquam manifestiore dicendū erit. Aequalis itaque pulsus est, qui ordine par est sive magnitudine sive robore, aut uelocitate, aut reliquorum aliquo, aut etiam omnibus. Inæqualis, qui ordine impar est. Si enim subsequentes uniuersi pares magnitudine qualicunq;

cederint, eiusmodi pulsus equalis vocatur. At si primus,  
 secundus & tertius pares fuerint, quartus autem impar:  
 talis nimis in magnitudine inaequalis dicitur. Hu-  
 ius generis sunt, & deficiens & coincidens. Non solum  
 enim in uno, aut etiam pluribus magnis unus minor ap-  
 paret, sed nonnunquam totus quoque motus omnino  
 aboletur, & pulsus deficiens appellatur, sicut alter huic  
 contrarius coincidens, cum expectata quiete in medio  
 tanquam superuacaneus aliquis pulsus inciderit. Si autem  
 secundus primo paulo minor factus sit, tertius secundo  
 & quartus tertio paritate, idque deinceps longius, illius  
 modi pulsus myurizontas & myuros nuncupant, no-  
 men à figuris, quae in mucronem desinunt transferentes.  
 Qui quidem perpetuo ex ipsis immittuntur ac nunquam  
 decrescere cessant, in absolutam motus defectionem fi-  
 niunt, ac uocamus ipsos myuros deficientes. Qui uero  
 cessant, dupli continentur differentia. Nonnulli siquidem  
 ipsorum in qua primum defierant paruitate, hanc  
 perpetuo conseruant. Qui uero augescunt rufus,  
 uel in parem priori magnitudinem redeentes, uel ad mi-  
 norem, uel ad maiorem, si myuri recurrentes dicuntur.  
 Iam uero & in unius pulsus inaequalitate myuri pulsus  
 fiunt, de quibus illis paulo post tractabitur. Huiusmodi  
 sanè quædam est pulsuum inaequalitas, quæ sistematica  
 appellatur, atque uno in pulsu deprehenditur, uel in una  
 arteriæ particula, uel in diuersis accedit. quemadmodum  
 in motu, exempli gratia, in una quidem particula arteriæ  
 inaequalitas dicitur, cum aliter incepit, ac aliter des-  
 sierit moueri circa unum digitum arteria, incipiens quis-  
 dem citior, definiens autem tardior, uel econtrario. At  
 que hoc triplici modo accedit, uel motus continue ma-  
 net, uel intercidit, uel repetit, & ueluti bis percutit. Si igitur  
 manens continuus & non intercilius, à celerritate ad  
 tarditatem transferit, aut econtrario, impar citatus Grae-  
 ce & nōrātāxv's eiusmodi pulsus, & est & dicitur. Quid si  
 quiete intercilius cetera uelocior appareat, capillisans

## PAVLI AEGINETÆ

appellatur, ex capta animante sumpta translatione, quæ  
saliendo sublimis in aere consistit, et secundum quandā  
motum inopinatum priore citatiōrem molitur. Porro  
si ab elevatione recurrerit & ante submisiōnem absolu-  
tam, secundo manū ferierit, dicitur huiusmodi pulsus  
appellatur. Simile quipplam in incudib⁹ fieri cernas  
sicut, quippe mallei simulat⁹ semel per manū in ipsas  
illatas percusserint, reuibrantes, incudum renix⁹ & secun-  
dum rufus, uel etiam tertium feriunt. Atqui non solum  
in motu tempore inæqualitas quæ uno iētu in eadēq;  
arteriæ particula accidit, potest fieri, uerum & illa quæ  
uirtutis robore confitat: non aut̄ ea, quæ distantiarū q;  
tate comprehendit. Nullo n. modo idem pulsus ea  
dem in particula magnus, & parvus queat effici, neq; in  
alio genere, sed in diuerſis particulis, porro in uariis ar-  
teriæ particulis unoq; ipsius duplex sit inæqualitas, nūc  
quidem cum motu manet continuus, & arteria iuxta  
quosdam digitos citius mouetur, iuxta quosdam uero  
tardius. nunc autem cum motu quoq; interciditur, ut  
nonnulli quidem digiti motum apprehendant, nonnulli  
uero non. Ac fuxta elevationis quantitatē in pluribus  
quidem particulis inæqualitas manifesta est. Ex quo ge-  
nere sunt myuri uno in iētu inclinantes, quos Græci uo-  
cant ἐπιενθότας, & προενθότας. Si namq; in digitis in-  
terioribus manus subincidit pulsus, curuatus inde fuxta  
rationem minuatur, ut exterius ad ægrotantis pollicem  
minima arteriæ pars appareat, myurus uocatur ad mu-  
ris caudæ similitudinem, uel meiutus quod caudæ mo-  
do immiuatur. At si iuxta medios digitos magnus in-  
cidens, curuatusq; utrobicq; minuatur, minor apparens,  
hunc Archigenes ενθότα & quasi dicas Latine inclinan-  
tē, & προενθότα appellauit, manifesto significare uo-  
lens elevationis breuitatem cum extremitorū utrorū  
queleti inclinacione. Non enim ut abscisus protinus  
utrinq; partibus, sed ueluti inflexis in arcum contractus  
est, cum sit myurus mugitudine utrisq; in partibus. Ac

cum iuxta magnitudinem inaequalitatem partium matutinus partum tardius assumperit, tu fluctuantes, tum uermiculatés pulsus oriuntur. q̄ si eam q̄ in situ est receperint cōuulsorii & turbulenti, ut uocat, cōstituuntur. exordiendū igitur est à fluctuosis, in quibus nō simul apparet in tali inaequalitate arteria oīs eleuari, sed pars illius alia primum, mox alia, dein alia, postremo quarta, ut motus cōtinuus maneat in modū undarē sese eleuantibꝫ, ac non nulli undā in rectū tendentem obtinent qdā in obliquū inclinarūt, & alii in breui lōgitudinis distāri, altitudinē magnā habēt, alii cōtrā, aliq latitudinē, aliq angustiā. Si militēr ē celeritate & robore inaequales sunt. Fluctuus totus in paruitatē cessans, uermiculās appellat, uermis gressu assimilatus. Quē admodū uero fluctuosū pulsū minorē factū uermiculās excipit, ita uermiculanē formicās, ubi motibꝫ multus abolitus in unū eundēq; perq̄ exigū defierit. Vocatus hic quoq; est à formicā aiantis similitudine, tu ob paruitatē, tu ob mot⁹ speciē. Est. n. formicās admodū exigu⁹, ut quo minoralius nō extet. Pari modo lāguidissimus oīum, creberrim⁹, nedū citatus, ut Archigenes existimauit. Huic coſinis est Hecticus, quemadmodum enim febris, sic ēt pulsus Hecticus est, qui nullam magnam mutationem subit, sed perpetuo consimilis manet, trahitq; ut ab initio incepit, & nunquam soluitur, toto habitu in morbum conuerso. Porro conuulsorii pulsus utrinq; ab extremis retrahere tendere, & conuellere uidentur, ceu chordæ cuiusdam tensa sensum præbeant: at in turbulentis nihil tale reperitur. Sed maior in his eleuatio est, ut artē r̄iae particulæ quædam sursum ferantur, uno eos demique tempore, ac motum ipsarum spiculis rectis sume assimilaueris: que ualidius emissa celeriter feguntur conuallanda. Serratus pulsus est, cum alia pars arteriæ elata, alia minus, ob duritiam nimis rumi ipsius esse uidetur. Cæterum pulsus hic etiam turbulenti quippiam possidet, ac citatus quidem est,

PAVLI AEGINETÆ

creberq; nō semper autem magnus. Decimum genus pul-  
 suum ex inaequalitate profectum commemoratis succe-  
 dit, quod ordine, & inordinatione complectimur. Nam  
 ordinatus & inordinatus inaequali in parem: iuxta cir-  
 cuitus rationem, & in imparē proflus diuiso ex utracq;  
 sectione originem trahunt. Ex circuituum paritatem ordi-  
 natus, ex absoluta uero imparitate inordinatus. Siquidē  
 pulsus æqualis ex toto est etiam ordinatus, quia ordine  
 parem ipsum dicebamus: inaequalis autem non omnis  
 inordinatus est. Si namq; paritatem corruptat, circui-  
 tum uero seruet aliquem, ut in eleuationis quantitate,  
 uerbi gratia, si duo magni, & unus parvus sit: deinde tur-  
 sus duo parvi, et unus magnus, atq; sic deinceps, uocabu-  
 bitur inaequalis quidem, sed ordinatus. At si ad hoc pa-  
 ritatem corruptat, neque ordinatum quempiam inaequa-  
 litatis conseruet, præter inaequalitatem, & inordinatus  
 talis est: similiter in aliis quoque generibus horum se ha-  
 bet. Inordinatorum quidem, ali sunt ex toto inordina-  
 ti, ne uel exiguum quandam circuitum cōseruant, ali  
 uero secundum circuitus ordinati, quatenus enim con-  
 tinuam ordinationem non habent, inordinati uocabun-  
 tur: quatenus autem diu circuitum quandam tuerintur,  
 secundum circuitus ordinati sunt. Exempli gratia, si con-  
 tingat duos magnos fieri, duos item paruos, deinde tres  
 magnos, & tres exiguos: quatuor magnos, & pares exi-  
 guos, & econtrario tanquam reflectentes duos magnos,  
 & duos exiguos: tres magnos, & totidem exiguos: &  
 deinceps similiter. Scire uero conuenit, inter alios quidē  
 contrarios singulos, quandam esse medium. Aequalis  
 autem & inaequalis medium nullum: neque ordinati,  
 neque inordinati: nisi uoles secundum circuitus ordinata-  
 tum medium dicere ordinati & inordinati. Cæterum  
 aliorum omnium medii secundum naturam sunt, præ-  
 terquam uehementis & languidi, ut à nobis ostensum  
 est. Inter hos autem æqualis solus secundum naturam  
 est, reliqui præter naturam, inaequalis ordinatus et inor-  
 dinatus.

dinatus. Hæc pulsuum genera uniuersa sunt, & generales  
 ipsorum differetiae. Nonnulli uero his est alia duo annume-  
 tarunt. Primum à situ arteria sumitur, quatenus sursum,  
 deorsum, dextrorum, sinistrorum deduceta esse, uideas-  
 tur. Alterum quo maturius, aut tardius: ex quartu nus-  
 mero fluctuosos turbulentosq; pulsus esse diximus, ac  
 nos compendii gratia simplices solum differentias pro-  
 didimus, ex dictis autem si coniungamus has, facile erit  
 etiam compositas inuenire. Porro opportunum erit  
 deinceps, causas quoque pulsibus conuenientes expo-  
 nere, quas comitatur etiam prælagium ab ipsis desumo-  
 ptum, ac initium à magnitudine capiemus, quoniam hæc  
 aliis est manifestior. Magnus igitur pulsus redditur, uel  
 propter usum urgenter, qui calor est in corde exupe-  
 rans, externæ appetens refrigerationis, & ueluti euentis  
 lationis, aut propter corporis subtilitatem, ut posterius  
 ostendetur. Porro augescit calor, aut ex causis naturali-  
 bus, ut pote ætate florida, aut puerili, aut simpliciter calida,  
 anni tempore, regione & temperamento calidiore.  
 Aut causis non naturalibus, ueluti aere qui nos ambit  
 calidore, balneis calidis, exercitiis, cibis, uino, medicina-  
 mentis calificantibus. Aut causis natura contraria, puta  
 intemperie calida, aut humorum putredine, aut ira, aut  
 similibus. Dilcerne uniuscuiusq; pulsum hoc discrimi-  
 ne, quod causæ naturales magnitudinem ipsius faciunt  
 stabilem, & qua difficulter mutari queat. Reliquæ ues-  
 ro, ex facili mutabili, ut etiam manu adhuc admota  
 frequenter aut certe paulopost subsidat. Iam uero pulsi  
 bus, qui sane ob balneas calentes magni sunt, molliores  
 quoque accedit, quemadmodum illi, qui ob calidam &  
 præsertim cum siccitate intemperiem magni existunt,  
 durities. Exercitatis uero mediocriter, aut perfricatis,  
 nec duri, nec molles sunt, medio statu prædicti. Pectoris  
 autem regio, multo calidior est, quod iam & iratis acci-  
 dit. Ex cibo autem magnis, aut uini usu, aut ira, præter  
 magnitudinem etiam uehementia inest. Qui uero ocs-

PAV. AEGIN,

F

## PAVLIAEGIN ETÆ

cultare iram student, aut aliud qd præter medici pmisio  
nē factū, verbi gratia, medicamen calidū sumptū, eundē  
medicū simul atq; manū attingat, interrogatē celare uo  
lentes, iis præter magnitudine manifesta quoq; oboris  
tur inæqualitas. Ad hæc ægrotatis mores & cōsuetudo  
nō medicocriter ad pulsus dignotionē faciunt. Consuetu  
do qdē, si medicaminū appetens sit, mores, si opinione  
eximendæ peritus & callidus sit. Ex humorū putredine  
magnus, ad magnitudinē adhuc submissionem magis  
citāta habet. Verū ad magnū pulsū efficiēdū, nō solū  
usus abunde est, sed etiū virtutis ministeriū desideratur, in  
strumentiq; cōmoderatio inter siccitatem & mollitiem.  
aucto igitur cordis calore p̄q quālibet causam ex cōme  
moratis, primum qdē magnus pulsus efficitur: ubi tiero  
magnitudo usui non sufficerit, statim etiū celeritas ipsi ac  
cedit. At si ne sic qdem satis fuerit, mox frequentia assū  
mis, parui aut, tardi & rari pulsū, itidem à cōtrariis sunt.  
Sed quādocunq; à magno citato & crebro ad contra  
rios sit mutatio, usu nimis postulante, nō amplius id qdē  
in pulsū primum est, id etiū primū cessat, uerum quod po  
stea acquisuit, id primū abiicit, statim quidem rarus euaz  
dens, deinde tardus, postea quoq; exiguis. Sin aut tardi  
tas paruitasq; accreuerit, rursus raritas in crebitudinem  
transmutatur, ut p̄ eam utcunq; usui fiat abunde. Hæc igi  
tur magnitudinis, celeritatis, frequentiae, & contrariorum  
ipsis pulsuum causæ habentur. At iungetur ipsis ea quo  
que pulsus conuersio, quæ una solum distantia constat.  
Itaq; latitudo sola augetur, dum humiditas potissimū,  
uel secundum naturam, vel etiam ab exterioribus cau  
sis redundat, quemadmodum altitudo dum virtus ob  
instrumenti mollitiem simul augescit, longitudo à siccis  
tate, & carnium circumpositorum emaciati palam inno  
tescit, reliquis distantis collapsis. Non enim arteria long  
ior, q̄ postulat natura, fieri potest, ac proprie magis pul  
sum huiusmodi gracilem appellaueris, quemadmodum  
ipsi contrarium secundum latitudinem solam, & profun

ditatem adactum, atplum. Contrariis autem horum  
 affectibus pulsus nonnunquam incidit, & in aliqua, aut  
 aliquibus distantis prohibetur humilis, aut arctus aut  
 brevis, cum talis non sit, sed ob pinguedinis cuiusdam  
 aut carnium, aut membranarum oppositarum crassitatem  
 apparet. interim etiam totus parvus uidetur, cum res  
 uera parvus non sit, & obscurus & languidus similiter.  
 Quid opus est uerbis siæpe absoluta pulsus defectio  
 quibusdam esse putatur in omnibus arteriis, cum uere  
 non sit, & maxime iis qui negligentius ipsum tangunt,  
 uerum motus ob carnium copiam delitescat, reuera  
 languidus. non enim extrema pulsus defectio homini  
 potest accidere, quoad uita fruatur, quemadmodum  
 15 igitur econtrario in locis ex carnis, etiam parvus pul-  
 sus, magni esse uidentur, corpore scilicet uehementer  
 emaciato, arteria spinam perreptans, siæpe tangentibus  
 abdomen, motum representat, ac nonnulli etiam ex his,  
 quæ prius in artibus non erant conspici. Quamob-  
 rem omnibus causis diligenter attendendum censeo,  
 20 ne dignotio ipsorum nos lateat. Pulsus autem uehe-  
 mens uitutis robore efficitur, si nulla ex causis reliquis  
 renitur, utpote ultius dissolutus, aut instrumenti duris-  
 ties. Languidus autem pulsus, imbecillæ uitutis &  
 solius soboles est, aliud licet nullum adfuerit. Si quis  
 25 dem uehemens omnibus causis ad sui generationem  
 indiget, languidum etiam sola imbecillitas efficit.  
 Quid igitur per initia uehemens est, ætates, anni  
 tempora, regiones, & temperamenta moderata co-  
 mitatur, languidus immoderata. Porro qui à languo-  
 30 re in uehementiam incidit, uitute uindicata ab imbecil-  
 litate prius occupante efficitur. Vindicatur uero, aut ex  
 his quæ in ipso corpore continentur, ueluti humorum  
 concoctione, uel excretione, uel ira: aut ab exteriori-  
 bus, nempe uino, cibo, exercitiis, ac aliis quæ intempe-  
 35 rient adiuuant. Vires dissoluunt, inedia, uigilia, uacuatio-  
 nes immodecæ, tristitia, curæ & dolores, maxime

## PAVLI AEGINETÆ

animæ defectionem inferentes, ac id genus quæ intemperiem faciunt. Quidam uero ex rudibus ac inexercitatis, durum pullum uehem étem esse putauerunt, quod discriben exercitatum, tum ratione, tum tactu, nunquam latuerit. Nam uehemens magna ex parte cum magnitudine in sublimitatem attollitur, tactum ualide percutiēs: durus magnitudinem non recipit propter arteriæ constumaciam. sit igitur durus, ob instrumenti duritiam, quæ refrigeratio immo<sup>10</sup>da, aut siccitas, aut tensio ab inflammatione profecta, aut conuulsio generat. Statim uero duritiam etiam parujas, & celeritas non unquam, & frequentia magnitudinis loco propter usum sequitur. Molliis pullus, arteriæ humiditatis comes est, quam humiditem reddunt ex iis quæ secundum naturam sunt, humectiores, cibi, balnea frequentia, somnus multus, uictus, ratio & copiosior & delectabilis, ex his quæ præter natu<sup>15</sup>ram sunt, sopores, lethargi, aquæ subtet cutem, & relis quæ pituitæ ultia. Plenus pullus, aut humorum copiam aut ciborum, aut uini potionis abundantiam indicat, quæ admodum uacuus contraria, aut enim inediā, aut uacuationem. Vbi calidius arteriæ corpus occurrit, multa in corde caliditatem, reliquo corpore refrigerescere, aut conuulsoriā quampli arteriarum uiolento motu in calecentium, dispositionem fatetur. Archigenes uero tradit arteriæ locum proprie in catochis calidiorē desprehendi, quemadmodum in iis, qui grauem animi insomniū delationē patiuntur. At rhythmus, de quo disputatū est, si per se motu & quiete, p̄bā totius corporis tēperiē præse fert, quantum ad se pertinet, uel nō magnam à bona declinationem, sicut in ætate puerili, & corporibus alioquin tēperatis. Ac si lōgius quietis tēpus fuerit eo quo motus peragit, calorē præpollere notat, quæ admodū in ætate florentibus, & his proximis, ueluti in corporibus sensilibus & quilibet frigidis, diurnius motionis tēpus est q̄ quietis. Notare aut oportet rhythmi inæqualitatē mensurā esse motus q̄ celeritate &

frequentia cōsistit hanc aut̄ ueluti materiae rationem &  
 rhythmu obtinere. Iam uero deficientes, coincidētesq;  
 pulsus sunt, uiribus oppresis, & ueluti aggrauatis, sed  
 coincidētes minorē offensam, deficientes maiore signi-  
 ficant, ac in uniuersum uirtus oppressa grauataq; pulsus  
 mutat ad inēqualitatem inordinationemq; tum aliām  
 quālibet, tū can q uehementia & magnitudine constat.  
 Ac ex myuris pulsibus genere duplicitibus demonstratis  
 (uel enim in systematica, ut uocant, inēqualitate, uel in  
 ea quæ uno fit icu, deprehenduntur) deficientes quidē  
 extrema uirtutis internicione notant, repetentes aut̄ res-  
 currentesq; & ipsi quidē imbecille, sed repugnante ad  
 hoc resistente q; & renuentē indicant, in uno aut̄ icu  
 myuri & inclinantes, quos epiuerēdo res uel ~~epiuerēdo~~  
 appellamus, maxime iis sunt, qui paulatim cōtabue-  
 runt, itē inflammationibus nō solutis, prætereap plurimis  
 quomodocunq; tabescientibus, dum partes q circa arte-  
 rias habentur, emarcescunt. Porro inēqualiter citat &  
 caprantes, febriles potissimum calores comitantur: ue-  
 rū si pulsus elevationis principia dissoluens, extrellum  
 ipsius acceleret, & submissionis initium, putredinem exu-  
 perantē nota, natura fuliginosis recrementis excernens  
 dis incubente. Si aut̄ econtrario submissionis initium  
 dissoluerit, ad elevationem uero magis instet, calorem  
 præpollere scias, q refrigerationē desideret. Comitatur  
 hæc in febri et̄ crebritudō plurima ex parte, interdū ma-  
 gnitudo quoq; nisi uirtutē instrumenti duritia impeditat.  
 Cum aut̄ hæc in arteria intenditur, & uirtus nō sit inua-  
 lida, pulsus fit q à bis feriendo dicrotus appellatur. Por-  
 ro fluctuosus humidiores potissimum effectus sequitur, atq;  
 que his magis aquæ subter cutem genus, qd Anafarca  
 uocant, itē lethargos, & peripneumoniam. At cū uirtus  
 dissolui incepit, sed paululū adhuc resistat, fluctuosus  
 in uermiculante decidit: ubi extreme collapsa fuerit, et  
 35 hunc formicans excipit. Hæc ies aut̄ pprie contabescē-  
 tes & alioqui emarcescentes sequitur. Convulsorius fit,

## PAVLI AEGINETA

quum nervorum origo inflammata quadam affectio  
ne conficitur, sicut in phreniticis, & acuta epilepsia cor  
reptis, quando etiam moriuntur adhuc calentes: qui hoc  
uitio sunt occupati, contrario his modo quos syncope  
inuadit, illi namque uehementer etiam frigidi, adhuc uiuunt.  
Turbulentus autem pulsus efficitur, cum usus magnam  
elevationem requirit, ac uitale robur eam potest creare  
solum uero arteria corporis praedurit, in magnam atque  
tolli diastolen, ut in magnis inflammationibus, obstru  
ctionibusq[ue] diurnis, impotens refragatur. Pulsus serratus  
in totum index est inflammationis, & praelertim pat  
tium quarundam neru saruum: quinetiam pleuritidi pec  
culiaris est: remittens quidem, mollis & ex facilis conco  
quendae: intensus autem difficulter, & concoctu peruicac  
is: quae cum imbecilla quidem uirtute, subito in periculum  
præcipitat: cum ualida, longo tempore concoqueretur. Vell enim in uomicam transit subinde, uel mar  
cida tabes ipsam exceptit. Iam uero sciendum uenit, in or  
dinationem comitari inæqualitates, raro siquidem inue  
nire est inæqualem pulsum, ordinatum. Minores offensæ,  
inæqualess pulsus & ordinatos: maiores, inæqualess et  
inordinatos procreant. Haec igitur simplices pulsuum  
causæ sunt & præfigia. Ex his etiam compositas, ut in  
sermone de differentiis ipsorum dicebamus, haud ne  
gotiosum est inuenire.

## DE D E I E C T I O N I B V S .

### Cap. XII.

**A** Luus optima est, mollis, cohærens & eodem  
tempore quo in secunda ualetudine assuevit, red  
dita. Talis nimirum est, qua in rufum elangue  
scit, simul & conuenienter spissa, non nimis foetida: que  
talis non est, mala censemur. Quæ igitur colore similis  
cibo ingesto cernitur temuis, non liquida, & celeriter de  
scendens, cruda est. Rufa & intuperata initio qdē bilio  
siorē morbū indicabit: sin autē in declinatione talis exer  
natur, corpus probe expurgari denuntiat, uiridis arugio

nosæ bilis nota est, nigra, uel atræ bilis, uel sanguinis cu  
iusdā incidem adusti, liuida, refrigerescere quodammodo,  
& emori penitus interiora significat, oleosa, pinguisq;  
corporis pinguitudinem cōsumi innuit: quēadmodum  
eadē uilcosa, pingui cū sit deterior, animantis particulas  
rū tabē præ se fert. Nimiris foetida haud exiguum fates  
tur putrefactionē. Porrò in omnibus hisce, si aliud cibo  
assumpto qualitatem nō respondeat, eodē modo iam di  
spositi quoq; considerabitur. Omniū determia & pes  
stifera, erit nigra, liuida, oleosa, celeriter transiens.

## DE VRINARVM NOTIS.

Cap. XIII.

**Q**uemadmodum in deiectionibus, ita in urinis  
quoq; regula, quæ sanos arguit, usi, ægrorū no  
tas exequemur. Vrina igitur præstantissima est,  
quæ sanis similissima. Talis nimurū est subrufa simul &  
subflava statim uero hæc & crassitatem moderatam ha  
bet. At cum triplex turbidarum urinarum sit differētia,  
(uel enim redditæ tales, paulo post subsidunt, uel consi  
miles perpetuo manent: uel puræ excernuntur, deinde  
uero turbantur) uitiosa quidem existit tertia ordine di  
cta, proba uero benignaq;, prima: medlo utriusq; consi  
stit secunda, summe cruda est, adamusim diluta, ueluti  
desperatae concoctionis uenosi generis accidens. Q uā  
do autem celeriter descenderit diabtes, ut Græci appel  
lant, efficitur. Verum hæc inter urinas crudas deterri  
ma est, succedit ipsis, tenuis adm modum & aquæ modo  
exalbita. His uicina est alia urina, quæ multis in mor  
bis apparent: ut uideatur mixtam habere speciem uini  
tenuis & albi. Sup pallida uero hanc sequitur: quæ pallia  
da quidem modo erit, & subrufa, concoquitur autē iā  
quantum ad colorem ipsius attinet. Tantum uero crassi  
tie ipsam à diluta recessisse oportet, si probe concoqui  
debeat, quantum etiam colore. Q uo secundum natu  
ram adamusim seruato, si subcidens albū, leue, & quale,  
& copiosum reddit, exactæ nimurū concoctionis nota

F ivi

PAVLI AEGINETÆ

fuerit; plus aut crudii humoris expurgari signat. Non tamen si crassa modice fuerit, habeatque subsidēs aliquod exiguum, non cōcocta iam ex toto erit. Si enim subsidētia parī farinæ crassior, aut laminis similia, aut furfuri, aut nigra, aut liuida, aut viridia, aut foedi odoris habet, at præter quæcūs huiusmodi in cruditate est, et mortis periculum ostendit. Porro boni coloris urina, quæque simul uel subsidentia alba, leuia, & æquale repræsentat, uel nebulas quædam similes, uel suspensa, oīum urinarium est laudatissima, & præcipue, si quod in eis desidet, tale extiterit. Deinde cōmendatur cuius suspensa huiusmodi cernuntur. Tertium bonitatis locum habet, cuius nebulæ tales apparent. Ac, ut uno uerbo expediam, quæ urinis probe innatant, quanto inferius subsiderunt, tanto magis laudantur.

DE SPVTI NOTIS. Cap. XIII.

**S**putum subflavum, subrufum, leniter spumans, & temne, solam cruditatem, malum uero nullū insignitus denuntiat. At sincere flauum, rufum, spumolum, viride, glutinosum, rotundum, atque his adhuc magis nigrum, prauum est. Etenim præter sanguinem, alterius humoris culuscumq; intemperati prauum ostendit dispositionem, caloris inflammati sobolem. Cruenta igitur sputa mediocria sunt, flauæ aut nigrae biili, difficultia. Cæterum quomodo ipsa edantur, inspicere simul expediet. Nam si prompte excreuntur, si liquido constat talia quædem esse salubria, contraria uero periculum testari. absolutam itaque concoctionem facetur sputum leue, album, æquale: consistentia neque liquidum neque crassum. Summae uero cruditatis nota est, si nequicquā expulitur. At si non atrum, sed tenue sputum fuerit, languidae concoctionis argumentum est. Si autem sincere rufum prodierit, aut flauum nihil boni pollicetur. Si liquidum, aut eruginosum, aut atrum, summatim perniciem portendit.

**D**iarias febres, urinatum in primo die concoctio  
calorisq; suavitatis seu propriæ ipsarum & inse  
parabiles nota testantur. Verum à prima febris  
um solutione, certorem habiturus es earum cognitio  
nem. Quippe arteriarum in hac motus ei qui in secun  
da ualeutidine fuit, ex toto respondet, cum nulla ex aliis  
febribus in naturalem statum reuertatur. iam uero q; fa  
cile morbum fert æger, maximum & id indicium est.  
Opponiunt sunt, id genus febribus, in quorum corpore  
quod transpirat, halitusum non est, sed mordax & acre  
fumo fuliginine non absimile. Hi autem sunt calidi & sic  
ci-temperamento: breuiter biliosi, quos μυρχόλης Grae  
ci vocant, qui igitur ob lasitudinem febricitant, pin  
guiter simul ac molliter fricandi sunt, in balneumq; du  
cendi. Quibus siccitas febrem intulit, fricandi hi quidē  
minus, sed lauandi sunt liberalius. Quos curæ, merco  
res, uigilie & ira exercuerunt: lauare quidem non subino  
de oportet, uerum oleo copioso tepido, cui minima  
astrigens uis infit, tum paululum fricare, tum ex consue  
tudine lauare conuenit. Ab insolatu ulti, protinus ab ini  
tio refrigerationem desiderant, tum crebriorem lauatio  
nem: minime uero aut oleum largum, aut crebram fric  
tionem. Sint autem quæ refrigerant & rosaceum & om  
phacium, quod nihil in se salis habeat: eadem uero sin  
cipiti uehementer superfundere oportet: ubi febris in  
clinauerit, in balneum æger ducendus est. Si quis ex fric  
goris iniuria febrem concipit, etiam is in remissione la  
uandus est. At si cum grauedine & destillatione febriat,  
priusquam hæ concocuantur, lauationi non committet  
ur. Porro qui æstus iniuriis patuerunt, uel cum hæc  
adsum, commode lauantur. Post lauacrum uero caput  
perfundendum est: eorum quidem qui ex uestione febri  
citanunt, refrigerantibus: qui autem ex frigore, calefacien  
tibus mediocriter, cuiusmodi irinum est, & nardinum

PAVLI AEGINETA

unguentum. Verum in quibus meatuum constipatio febrem excitat, his conuenit ex aqua dulci, & temperata lauatio, tum frictio, quae rarefaciat, & exercitationes modicae, uictusq; dulcibus procreandis succis idoneus. At cui propter inediā febris contracta fuerit, ei opus est statim, ubi prima accesio remiserit, in balneum perduci, & tepente oleo largissime perfundi, tum molli manu perfricari, lente in calidi solii aqua immorari. Simulatq; exierit, ac se se recollegere, denuo balneum ingredi, postea aquam calidam potare, mox pīsanæ cremorē, deinde lactucam assumere, & aliquid piscium eorum qui molli sunt carne, ex albo iure. Omnia uero communis esto uictus species, quæ & boni sit succi, & concoctu facili, & quæ nūquam exiguis cutis meatibus inhæretur. Vinum propinetur & aspectu, & uiribus aquosum. Oportet autem in primo febrium insulta nonnunquam primæ accessionis horum aliqua mutare, in quibus corporis intemperies ad calidius, siccusq; transiens, febres accedit. Qui ex inguinum inflammatione febrem conceperunt, ne medicum quidem interrogant quid sit factum, sed ulceri, quod in inguinibus, excitatum est, prospicentes, lauant, ubi accesio declinauerit. Cæterū à uino ipsi sunt arcendi, priusquam inflammations inguinum fuerint soluta, & tenuiore uictu enutriendi.

DE PVTRIDARVM FEBRIS  
um agnitione. Cap. XVI.

**P**Utridæ febres dignoscuntur his notis: nulla ipsas exterior causa præcedit: nec a rigore incipiunt, nec a fūti, nec a frigore uehemēti: quod & ipsum est peculare febrium putridarum indicium, sicut & pulsuum depressio. Nominant sic, cum incipiente accesione peregrinos quidem ipsos & inæquales obtinent: ut qui singulariter illiusmodi febribus sint peculiares, iam & caloris qualitas maxima putridarum febrium nota est, qui fuliginosus adeo existit, ut manum erodat. Similis

Iter ad ipsas proprie<sup>t</sup> spectat etiam urin<sup>arum cruditas</sup>, & obscura concoctio. Magnum uero & notabile concoctionis indicium, in primis urinis nunquam eiusmodi febres repræsentant.

**CVRATIO FEBRIVM PV**  
tridarum. Cap. XVII.

**S**I uires sint ualidae ei qui ex putredine febricitat, sanguinem dimittes protinus, modo cruditas uentris culum non infestat. At si uires imbecillae, aut iactas

prohibeat sanguinem non detrahes, a cuius uacuatione putrida per urinas, aluum & sudores expurgare conuenit. Sin autem sponte sua nonnunquam impetum ad os uentriculi capessant, etiam per uomitum: alioquin non oportet ea præter naturam irritare: uerum de iigi materiæ

debent, quæ sine calefaciendo siccandoque ualenter, prædictas uacuationes moliri possunt, ueluti ptisanæ tremor, aqua mulsa, oxymeli, & apomeli, apiq; radix in aqua potabili incocata. Cum aliud nihil delicit, ex aqua mulsa

cum oleo clystere ducenda est, uerum totum corpus refacere priu<sup>n</sup>o expedite, q; uacuum fuerit: ubi uacua ueris, rarefacias utique licet, oleo tepide calido, quale est, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore uolum aquosum potui datum uniuersas pmovent uacuationes: euisdem facultatis est temperatum dulcis aquæ

lauacrum. Quod si uero febris magnitudo obstat, neque uino utendum, neque lauacro, neque unguionibus rarefacendi uirtute præditis, sed aqua frigida his in febribus commode bibitur, nisi quid & hanc prohibeat. Ergo si quidem & uires robustæ o-

mnies fuerint, & febris ardentissima, & concoctionis signa plane evidentia, frigidam cum fiducia exhibebis. Præterea si bona corporis habitudine sit æger, status eoccalidus ac fuscus, etiam si in frigidam natationem hunc dimittas, haudquaquam læz

<sup>f</sup> Græcū  
habet ua-  
lide, in-  
stauratū  
ex Gale-  
no.

detur: sin autem mediocris existat febris, & uires inuallidae, sed cum notis concoctionis, iis qui ita se

PAVL AEGINETÆ

habent balneum prodest, & uini potio. Tū uero ex unditionibus eæ quæ rarefaciunt.

DE TERTIANARVM AGNI  
tione. Cap. XVIII.

**T**ertiana febris cum sit flaua biis commotæ soles, protinus ab initio rigorem, hoc est totius corporis concussionem haud exigua infert, hoc discrimine à quartanæ rigore uariat, quod pungere uis deatur & cutem conuulnerare. In quartanis autem, ac cessionis insultus uehementem perfrictionem habet. Quotidianas nequaquam rigor præcedit: sed membra solum perfrigescunt. Ceterum tertiana etiam exactum pulsuum ordinem obtinet, siti uero uehementi in statu affigit, & hominem perurit, ac paulopost consistit, caslorq; æquabiliter per omnes corporis partes diffunditur, nihiloq; magis pectus q; extrema calent. Et si manus iniectis, primo quidem contactu, calor copiosus & acris occurrit, ueluti cum uapore quodam erumpes, sed paulo post à manu remanente uiincitur. Vbi potionē æger fuerit recreatus, statim copia uaporis calidi per cutem emergit, sudorum nuntia. Bilis uomito superuenit, aut aliuus soluitur, perq; urinam biliosa redditur. Præterea ad integritatem tertiana definit, ubi accessionis tempus, horarum non plurimum duodecim expedierit. Febremit igitur quæ intra duodecim horas terminatur, exactam tertianam nominamus: quæ uero diuturniorem accelerationem habuerit, illam simplici uocabulo tertianam nū cupamus, quæcunque autem longissime productā accessionem seruauerit, exiguum uero interuallum, hanc rursus extensam tertianam dicimus.

CVRATIO TERTIANÆ. Ca. XIX.  
**E**xquisitam tertianam, ut quæ flaua bilis procreet, humectare oportet ac refigere. & sane quod in uentriculum confluit, uomitionibus, quod ad inferiora uergit, alii deiectionibus elicere. Item per urinas & sudores uacuare idipsum conuenit. Aliuus itaque

mollibus clysteris euocatur:urina potionibus, in quibus  
apium & anhetum maduerunt. simulatq; coctiōis signa  
deprehenderis, magna iam confidentia etiam absinthiū  
dederis. Balnea uero \*ex aqua calida potulenta conue/  
niunt: quibus neque nitrum, neque sal, neque sinapi adiit/  
ci, sed oleo quammaxime calido infuso ægrum oport/  
et in aquam descēdere. At qui balneis admodum gau/  
dent, eos etiam si bis die laueris, haud peccabis. Vbi ue/  
ro concoctionis notas percepferis, tunc, uel si s̄æpius la/  
ueris, nihil offendes. Porro uinum priusquam morbus  
concoquatur, ex toto circuncidendum est. simulatque  
concoqui incepit, tenue, aquosum, modicum, primo  
die exhibendum. Cibi humectantes refrigerantēs q; uti  
liter assumentur. A melle abstinentur, sinapi, salis & a/  
cribus omnibus, uinis autem admodum uetustis, & na/  
tura calidis. Cæterum nihil miri est, si in hominibus pris/  
mum exercitis, inediāq; expertis, nunc autem ordine  
conuerso otiosis ciboq; usis pleniore, bilis maxima ex  
parte mixta pituitæ reperitur. Cuius rei gratia complu/  
res tertianæ, aut circa totius corporis concussionem fi/  
unt: aut peregrina ipsis oboritur, unde etiam animaduer/  
sionem propriam desiderant. Neque enim balneum, ne  
que cibus aliquis liberalior tertianis spuriis ante concos/  
tionem conuenit: quoniam ne panis quidem micæ, os/  
ua, & confamilia.

\* Cribari  
us. Balneū  
in aqua  
dulci &  
fluuial  
calida.

20 concocatur, ex toto circuncidendum est. simulatque  
concoqui incepit, tenue, aquosum, modicum, primo  
die exhibendum. Cibi humectantes refrigerantēs q; uti  
liter assumentur. A melle abstinentur, sinapi, salis & a/  
cribus omnibus, uinis autem admodum uetustis, & na/  
tura calidis. Cæterum nihil miri est, si in hominibus pris/  
mum exercitis, inediāq; expertis, nunc autem ordine  
conuerso otiosis ciboq; usis pleniore, bilis maxima ex  
parte mixta pituitæ reperitur. Cuius rei gratia complu/  
res tertianæ, aut circa totius corporis concussionem fi/  
unt: aut peregrina ipsis oboritur, unde etiam animaduer/  
sionem propriam desiderant. Neque enim balneum, ne  
que cibus aliquis liberalior tertianis spuriis ante concos/  
tionem conuenit: quoniam ne panis quidem micæ, os/  
ua, & confamilia.

### CVRATIO TERTIANÆ notæ. Cap. XX.

30 **L**AUARE in tertianis spuriis per initia salubre non est,  
sed quando iam concoctionis notæ apparent: ne  
que cibum quotidie exhibere, sed alternis diebus  
abunde est. Quies autem, & præcordiorum fatus ipsis  
conducit, tum sorbitiones concoctu faciles, & clysteres  
alio inditi non admodum molles. Atque si sanguinem  
detrahere opus est, neque hoc omittere oportet. Tota  
uero uictus ratio erit, non quæ refrigeret uniuersum cor/  
pus, humectetq; uerum etiam modus aliquis qui magis

## PAVLI AEGINETA

Incedat, ac calefaciat, adhibeatur. Maxime uero condus  
xerit ipsis pisanæ tremor pipere iniecto, uel hyssopum,  
quoque nonnunquam, uel origanum, uel spica nardi, aq;  
quæ multæ admista incottaq; potui exhibetur, & alia,  
quæ urinæ ciendæ sunt, præterquam ea, quæ uehemen-  
ter calefaciunt, exiccantq;. Maxime uero absinthii coma  
post septimum diem continue porrigitur. Iam & oxy-  
mel epotum, multis fuit auxilio, ad hæc nonnulla ex his  
quæ molliter uentrem subducunt. Porro uomitus secun-  
dum cibum, iis quibus hæc febris in uetus statem incidit,  
utilissimus est.

## QVARTANARVM CO- gnitio. Cap. XXI.

**Q**VARTANA inuidit multa cum perfictione, ut q  
ex frigido humore, atra bile originem trahat.  
Calorem uero feruoremq; febrilem tertianæ  
modo non obtinet, imo nec bils uomitus eam comita-  
tur. Adhæc si urinæ tenues, albæ, & dilutæ fuerint, quar-  
tana erit febris. Eximia uero ipsius nota est, pulsus exi-  
guus, & rarus. Cæterum in autumno potissimum incipit  
eraticis superueniens febribus, ac nonnunquam in for-  
ma eius potissimum subsistit quæ quarto die reuertitur:  
aliquando etiam plurium dierum interuallo, iuxta quos  
dam circuitus accessionem habet.

## CVRATIO QVARTANA rum. Cap. XXII.

**Q**VARTANA laborantes leniter tractandi sunt, neq;  
medicamento ullo forti solicitandi, neq; uacua-  
tione, nisi forte sanguis uehementer exuperare  
uideatur, cum uenam dissecare conuenient. Vittus eis of-  
feretur optimus, q; non inflet, & uenter his qbus uti con-  
suevit, emolliri debet. Q uod si hæc nihil proficiant, cly-  
steribus per initia moilibus, deinde acribus utendum est.  
A suilla carne prohibeantur ægri, atq; ab omnibus cibis  
qui glutinosi, ad exitum tardisunt, tum qui refrigerant  
corpus humectantq;. Vinum utile est tenuie, album &

modice calidum. Item salsa & sinapi ex usu sunt, tum tri  
duo assumptum medicamentum diatrion pipereon, id  
est, quod triplici constat pipere, uel quod dios politicon  
appellant. Iam & piper solum recte ex aqua quotidie  
sumitur. In morbi statu uictus ægro tenuissimus præcis  
pietur, statim uero etiam ut diu conqueicat, iniungens  
dum est, tum uisceribus prospiciendum per ea quæ es  
molunt, retaxantq;. Insecutis diebus medicamenta co  
ferunt, quæ urinam cident, atq; si concoctionis notæ ap  
paruerint, cum fiducia tunc quoque iis uti expedit, quæ  
atros humores uacuant, idq; non semel duntaxat, uerū  
etiam sepius. Porro secundum ualidam purgationem,  
& medicamentum quod uiperis constat, exhibetur, &  
alia quæ ad eiusmodi febres commendantur, inter quæ  
est & nobis familiare, omnium probatissimum, qd luc  
cum cyrenaicum recipit.

## QVOTIDIANÆ AGNITIO. Ca.XXIII.

**Q**uotidiana haudquaquam cum rigore primo  
statim die inuadit, sed temporis spatio perfrictio  
magis q; rigor oritur. Ægre uero incalescit, &  
diururnum habet incrementū, non tamen adurit ægros,  
neq; multum, & crebro spirare compellit, ac ueluti flam  
mam ex ore elidere, uel frigidam bibere, pituitosi autē  
uomitūs hic accidunt, & quæ aluum uacuantur, frigidō  
ra, crudiora, dilutiora & pituitosiora cernuntur: totum  
corpus crudis humoribus redundant: sudores minime  
primis diebus erumpunt, neq; ad integratatem uenit,  
cutis ægrotantibus albicit, urinæ uel tenues sunt & ex  
albidæ, uel crassæ, turbidae & rubræ.

CVRATIO QVOTIDIA/  
næ. Cap. XXIII.

**Q**uotidianæ curantes, oxymelite primis diebus  
utimur, tum iis quæ urinam probe elicunt, ac  
uniuersa uictus species incisoria esto, circa sta  
tum uero uentris habenda est ratio, præsertim ip  
sus orificii, deinde ægris iubendum est, ut a radicula,

Galenus  
addit.

PAVLI AEGINETÆ

& cibis assumptis uomant. Itidem utantur iis quæ pituitam subducunt, idque tam diu, quam febris celauerit.

DE HEPIALO FEBRI ET  
rigore, quæ nullo calore possunt ei  
vinci. Cup. XXV.

**S**uitrea pituita, quæ omnium aliarum frigidissima est, nondum putrefacta toto in corpore exundaerit, inexpugnabiles, & qui nullo euinci calore possunt, rigores, sine febri excitat. In febribus enim quæ humoris uitio accenduntur putrefactio maxime febrilem calorem suscitat. At si tota hæc pituita putruerit, quod tamen raro sit ob immensam & putrefactionem quotidianæ febri causa redditur. Quando uero non tota æqua piter, sed ex dimidio ipsius putrida fuerit, aut aliæ quæ ipsius partes, nonnullæ uero non putruerint, Hepialum febrem hanc facit: in qua simul & rigor & febris caliditas est. Particulæ quidecum humoris eius necdum putredinem expertæ, omnibus uenis, uel etiam reliquo corpori communicate & sparsæ rigorem creant: putrefactæ uero febrem accéidunt. Diæta est autem Hepialos per translationem à sale: dico autem mari, quod à principio tranquillum appetet, cum turbatur difficultimum euadit. Vel ab Hepios, quod est molliter & aleænæ, quæ signat calefacere, quasi drcas, quoniam blande & leniter calefacit. Atque hæc febris cum ex quotidianarum genere existat utpote ex pituita nascent, illarum curationi subiicitur speciali, nisi quod tanto commemorata quotidiana calidioribus magis & incidentibus præsidii indiget, quanto etiam pituita frigidior illa existat. Hepiali uero rigor multo magis calefientia requirit. Itaque medicamentum ex triplici confectum pipere: ex calamine, the, præterea & quod liquore cyrenaico constat, his sunt accommodata. Item ex castoreo, similibusque præparata remedia conueniunt. Latius autem diffususque explicata curationem horum reperies in capite X L V . de perfriktione

**L I B R I S E C V N D V S A T** 49

per frictione. Insuper Lypyria & Tiphodes, quæq; præter commemoratas febres dicuntur, cum sint ex relatiorum numero, etiam curationes, tum in illis expositas, tū exponendas postulant.

**S E DE F E B R I B U S C O N T I N E N T I B U S.** Cap. XXVI.

**C**ontinentes finitimæ sunt, singulis intermittentibus: tertianæ quidem exactæ ardens, quæ causos dicitur; quotidianaæ, ea quæ singulis diebus accelerantem habet, non autem ad integratatem definit. Sic et quartanaæ ea quæ quarto die accedit. Exactus namq; causos, cum omnes alias exquirant tertianaæ notas feruer, hoc solo discrimine uariat, quod non cum totius corporis concusione, p' i'os appellatur, inuadat, neq; ad integratam ueniat. Qui singulis diebus accessionem obtinet causos, omnes similiter exactis quotidianis notas præse fert, quod autem ad integratatem non peruenit, hac re à quotidiana specie consumili differt: ea ratione & quæ quarto quoq; die accessionem habet, uerum ad integratatem non cessat, finitima est quartana. Continens itaq; febris est, quæ non ante ad integratatem terminatur, q' ex toto fuerit soluta, et si inclinatio aliqua sensibilis apparet. Quum autem nulla accidit, quæ sensibus queat percipi, hæc quoque ex ardétiū genere habetur, sed acti monia ab ipsis uariat.

**A G N I T I O F E B R I V M C O N T I N E N T I U M , & curatio.** Cap. XXVII.

**C**ontinentium febrium origo ex sanguine est, q' nunc effervescent, tantum nunc putrefactus obstruitur. Quapropter accessio ipsis ad usq; fine una est. Indicia uero sunt, pulsus maximus, uehementes, citati, crebri, & quabiles, non mordaces. Vrinæ nō multæ adeo à sanis recedunt. Curatio est, sanguinis quoq; deficit anima, dimissio. Qui si non fuerit detractus, se bricitantes in summum ueniunt discriminem. At si quid perueniat sectionem vacuare prohibuerit, aliis uti remediiis

**PAV. AEGIN,**

**G**

## P A L I N E G I N E T A

oporet, quæ meatus recludunt, copiam materiae uacuant, & februm feruorem leniunt. Cum aut euidentes humorū concoctionis notas in ipsis uideris, nec in principe particula inflamatio quædam, aut tumor cedematis speciem repræsentans, aut scirrus fuerit, neq; particula aliqua téperamento adeo frigidio, ut in hanc noxa pro combat, cù fidutia frigidam propinato: maxime si æger eius poisoni assueverit.

### A R D E N T I V M A G N I T I O . Cap. XXVIII.

**A**Rdentibus hæc superueniunt, arida lingua, crasssa & nigra ventriculi rosio, deiectiones pallidæ, situs uehemens, ulgilæ, nonnunquam etiam delirium.

### A R D E N T I V M C V R A T I O . Cap. XXIX.

**H**Orum alterutrum fieri necessarium est, si peresse morbus scelui debet: aut biliosos excerni humores, aut eosdem extingui. Excernuntur itaque persudores, uomitiones, & imum uentrem. Extinguntur autem frigidæ potu: quo nos ardentes simas febres, causos appellant, ex toto curauimus. Sustinere eos qui his cruciantur, non aqua sola conuenit: neq; multa dunt taxat, uerum diluta mulsa exhibita. Nam qui huiusmodi morbis conflicitantur, sola potionem sustentandi sunt. Porro balneum illis solum usui est, qui cistra tumorem inflammationi, aut erysipelati confimilem, ardenti febre laborant. Q uod si uero concoctionis nota percipiuntur, multo magis ipsis conduceat. Q ui ex falso humorre: febrim ardenter conceperunt, his est invitle. Verum iisdem ptisanæ etiam tremorem cibi loco offere conuenit.

### F E B R I V M Q V I E V S E X A F F E C T U E R Y S I P E L A S R E U E R E N T E O R I G O E S T C U R A T I O E T A G N I T I O . Cap. XXX.

**F**ebres quæ ex affectu uiscerum erysipelas referentur, his notis agnoscere. interna feruent immodeice, dolor urget uehementer, præterea situs excruciat, & aestus immoderatus. Summatim ex inscriptis acerrimæ bilis cum paucō sanguine putrescentis reprehendes. Hunc in modum curabitur: A balneo in totum abstinere decet. Aqua frigida per morbi statum uehementer, hoc est frigidissima utendum est: per initia non item. Extrinsecus uero refrigerantia imponuntur.

10 Et si nihil hæc promouerint, etiam intro sumere cogenatur. Maxime ipsis conuenient lactucæ, & quæ parem his facultatem obtinent, à foris & ipse lactucæ succus idoneus est, adeo q[uod] intybi & semper uiui, & reliqua refigerandi uirtute prædicta, sed præstantissimo parte plurima utimur. Nam humorem refregerantis aliquius ex pressum pilæ cum portulaca iniicitur, deinde contusum exprimimus, cū usus exigit, modico polentæ mixto & in aqua frigida merlo, partem refregeramus. Linum teum uero duplicitum in ea intinctum extrinsecus, aut ubi calor sentitur, præcordiis obtendimus, nō diu adhædere finentes, uerum aliud frigidum elius loco applicantes. Iam uero & oleum omphacium medicamini non nunquam nullum.

15 **HECTICARVM FEBRIVM**

20 agnitio. Cap. XXXI.

**H**æc febris non in humoribus, & spiritu solu, sed iam partibus etiam solidis consistit. Hæc dolorem nescit, & qui ea detinentur, nequaquam febricitare se existimant: neque enim calorem percipiunt, cum uniuersæ ipsis particulae æqualiter sint exalfactæ. Duplex hecticarum febrium species est, prima ardore tibus magna ex parte superuenit, quæ protrogantur adeo ut tempore corporis ipsius cordis madorem absument, uel etiam si copiosus adhuc subsistat: alia manente etiamnum humiditate cordis corpus occupans, inde potissimum accenditur. Vnam fane ipsius

P A V L I A E G I N E T A

generationem prodidimus, reliqua est, cum statim ab initio inuadit, primam originem diariis similem, ex morte, ira, lasitudine maiore, una cum exustione fortita. **H**ec igitur non difficulter cedit remedii. Quare uero ex ipsis in marcorem qui Græcis dicitur μαρκός deuenit, omnem respuit curationem. Atque haec sane cognitum est facilissima: oculi siquidem prater modum consueta testantur, & lemæ ipsis inhærentes aridæ, tum dispositio quædam squalida, uiuidi ipsorum coloris flos emarcuit, frons sicca est & intenta. Quin etiam connivent plurimum, hac occupati, quemadmodum dormitientes, uerum affectio, somnus non est, sed uigilandi impotentia: tempora collapsa sunt, & quid enim aliud præter ossa & cutem solam habent? Nam si denudatum uenit trem inspereris, neq; intestinum, necq; viscus ullum superesse tibi videbitur: præcordia sursum conuelluntur, & cutis ipsis extrema resiccata est, pulsus gracilis, creber & durus. Caliditas autem primo occursu languida, paulo post acris & rodens erumpit, quo usq; igitur humiditas aliquid reliquum est, hectica solum febris dicitur. Cum uero pericitatur, ne nihil amplius humoris supersit, absolutus iam marcor constituitur.

H E C T I C A R V M F E B R I V M  
curatio. Cap. XXXII.

**H**ectica febre laborantes, statim ab initio nutriti desiderant, humorum rodentium gratia. Maximum uero remedium huius est, uictus humectans. Conuenit igitur ejus maxime pisanæ cremonis haricæ, sorbitionibus, & pane præterea adiecto ægrum nutritum, moderato frigidæ potu curare, si neque inflammatio quædam, necq; humorum putrefactio subest. At si magnum inde offendam fore cõlecturaueris, frigida abstinere oportet, extrinsecus autem impositis, quæ refrigerant auxiliis, uti. Balnea uero hoc morbo obnoxii, quolibet tempore sunt idonea.

LIBER I SECUNDVS 51  
DE SEMITER TIANIS.

Cap. uero XXXIII.

**Q**uandoquidem tertiana cum rigore, quotidias  
na uero citra illum inuadit, quæ ambarum mis-  
tura constat, horrorem inducit, qui minor quis-  
dem res est rigore, maior autem perfrictione. Quapro-  
pter cū horror æquali ab utrisq; extremis interuallo, me-  
diū amborū rigoris nimirum & frigoris occupet, quod  
cōtēperatis inuicem extremis accidit, non abs re nomē  
huiusmodi febri semiterianæ indiderunt. Porro dupli-  
ci modo generatur: uel enim duæ accessiones in idem  
tempus cōcurrunt, uel statim ab initio ambæ inuicē iun-  
guntur. Quādo igitur tertiana præpollet, magis horrifis-  
ca febris efficitur, & rigoris èt nonnihil per accessionē  
assumit. Protinus aut talis calidior est & ardenter, tum  
uomitionem quandam bilis, aut deiectionē, aut mado-  
rem adfert. Quando altera pituita superat, perfrictiones  
quidem summa exercent, pauci uero horrores: neq;  
que tamen sūls, neq; ardor in his affigit. Cū pares mag-  
nitudine sunt tertiana intermittens, & quotidiana con-  
tinua, insultus quidem accessionis cum horrore accidit.  
At cum ex pituita proteniens febris præcelluerit, sub-  
missione pulsū fluit, & horrores. Si uero calidior præ-  
ualeat subito incalescunt. Talis sane est exacta semiter-  
tiana, ex æquivalente duarum febrium, puta tertianæ in  
intermittens & quotidiana continuas temperaturam pro-  
ficiens. Non exquisita uero uel bilem largiorem, uel  
pituitam causatur, quæ iam magis etiam curationi ren-  
titur, cum paucus humor à copiosioris excellentia ar-  
tisq; auxilio expedite uinci poscit. Si autem pituita sit  
superior, præsidii maxime itemur quæ in quotidiana  
exposuimus. Sin autem flaua bilis, iis quæ in tertiana cō-  
prehensa sunt, in totum ei quod urget incubentes, sed  
ita, ne alteram prorsus negligamus.

35 DE MORBIS PVBЛИCE GRAS  
santibus, Cap. XXXIII.

G iii

PAVLI AEGINETA

**P**vblice grassantes communesq; morbos nomi  
nant, qui multis simul obueniunt, quorum ut ges  
neratio, sic etiam causa communis est. Cibi igitur  
communes praui, illiusmodi morbos pariunt. Item  
communis aquæ uitiatæ potio, nimis laboriosa uitæ  
ratio, labores quibus quisq; assueverat omisi, inedia, re  
pletio, idq; dum fames grassatur, aut fœcundus annos  
næ prouentus est. Item regionum naturæ, communes  
subinde morbos intulerunt, quæ nonnquam palustres  
aliando barathrum uicinum habentes vaporem exis  
tiosum prauiç; exhalant. \*Hæc igitur continue accide  
\*Oribas  
tus hæc: re consueuerunt. Aer uero nos ambiens, temperamen  
ta corporum commutat, uel calidior impendio, uel fri  
xæ  
omnia q; gidor, uel humidior euadens, siquidem in alias cau  
diximus  
las neque omnes simul incidimus, neque eis toto die  
non fre  
quenter fo  
lent eue  
nire.

At quoniam aer qui omnibus circumfus  
sus est, & per inspiratum attrahitur, ut animalium cor  
pora pro temperamento ipsius immutationibus afficiantur, necesse est. Qui igitur hæc intelligit, non solù mor  
bos ex unoquoq; aeris statu futuros praesagiet, sed etiæ  
ne sicut prohibebit, contrarium immoderatio circumflu  
aeris temperaturis uidetur indicens. Itaq; corpora mor  
bo alicui ex propria intemperie uicina, hæc à simili cir  
cundantis nos aeris temperamento deprehenduntur.  
Quæ contrariam cœlo temperiem obtinent, præter q  
nullam offensam experuntur, etiam meliora fiunt, dum  
repugnans aeris immoderatio téperamenti immodera  
tionem punit, ac qui hoc nouit, secundam ualeitudinem  
tuebitur, contraria corporibus inducens, nunc refrigerä  
tia scilicet, nunc calida: aqua quidem super infusa refrig  
erans, itidem otio, ciborū inedia, & potu largiore: ca  
lefaciens autem, operimento, laboribus, cibo liberalio  
re, & interdum parciore. Præterea pyra incendio haud  
mediocriter aerem ad calidum & siccum mutaueris, si  
tunc humidus fuerit, quo modo Acronem acragantinū  
facilitate ferunt.

DE PESTILENTIA EX COM  
mentariis rufi. Cap. XXXV.

**P**estilentia grauissima quæ superueniunt: nihilq; in hac sicut in aliis morbis singulis definitum. Etenim deliriū accedit, & bilis uomitio, præcordia intensa duntur, labores afficiunt, sudores largi erupunt, extrema algent, alii profluvia urgent biliosa, tenua & flatulenta, urinæ cernuntur dilutæ, tenues, biliosa, nigræ, mala haebent subsidentia, q; superinnatant, pesima, nares sanguinem destillant, pectus ardet, lingua torrida est, siticulosa tristitia oboritur, torquent uigilæ, conuulsiones uiolenta, alia q; multa prava. At si q; pestem uenturam prænoscat ex malignoru; anni téporu;, & uitæ studioru; ad sanitatem haud conductiu; animaduerſione, alioru; q; animaliu; præcedente interitu, his apud se consideratis, & illud præterea ppendito cuiusmodi sit præsens anni tépus, quaz lis q; uniuersus annus. Inde siquidem qualis uictus ratio esse debeat, optime deprehēdes, ut pote cū anni tépus, si quidē rite ortu; est, ex secco humidu; nunc euaserit, ne cestum est uictus ratione desiccare, ut humor supfluis absumatur. Cæterum uentris habenda est ratio. Quia bus superiori uentriculus pituitam continet, uomitionibus sollicitare, quibus sanguis inundauerit, secare uenam oportet. Item per urinas, & ex toto corpore facta pura gatio, aliae q; hoc in casu sunt utiles. Quod si etiam æger ardore æstuet, &flammam usque ad pectus persisteat, haud abs re fuerit refrigeria pectori applicare, & potionem frigidam offerre, idq; non paulatim, nam magis hoc pacto incendit, uerum uniuersim ut flamman extinguat. In quibus autem ardor interiora oscupat, summa uero inalgescunt, cutis in superficie frigida percipitur, præcordia contenduntur, uenter syntes xim patitur, aut uomitu, aut infra rejections fiunt, ulgolæ urgent, mens despit, lingua est aspera, hi calefacientia requirunt remedia, ut calor per totum corpus diffrahatur, ac si alio quopiam modo ab internis foras

PAVLI AEGINETÆ

poterit elici. Iā uero & hæc potio utiliter præsumitur.  
Aloes partes duæ guttæ ammoniaci partes duæ myrræ pars una. Hæc in uino odorato cōtrita instar dimisæ cyathi exhibetur, nimirū quotidie. Haud noui, inquit Rufus, q post hūc potū pelle nō superauerit. Hæc qdē Rufus memoria p̄didit. Galenus aut̄ tradit ad pestilentiales putredines, bolū armeniacū salubriter potari. Simili felicitate ēt Theriacen ex uiperis magnā prodeſſe. Et enim in pestilenta quæ Romam interneſcio morbi gente depopulata est, omnes quoſ nullum ex his medicamentis adiuuit, interiſſe ſcriptum reliquit.

D E I I S Q V I E X R E D U N D A N T  
tia crudorum humotum syncope peri-  
clitantur. Cap. XXXVI.

\* Galenus in Methodo, totū corpus habet.

**N**onnulli febricitare incipiunt, ubi magnā crudo-  
rū humorū copiā ore uentriculi ſimul offendo-  
uel ex cruditatibus, uel alia qua piā occaſiōe co-  
gesserunt. His & præ cordia inflantur, & \* os uentriculi  
uastiore mole, q̄ pro naturæ modo cernitur: adhæc co-  
lor iſpis ad albidius, aquosius q; q̄ naturaliter eſſe debet,  
& eorū ſpeciē quoſ aqua inter cutē male habet, magis  
eſt mutatus, qbusdā ad nigrius liuidius q;. Nulli talium fan-  
guis mitti ſine maximo diſpēdio ſolet, eti uacuationē  
deſiderat. Verū nec ſanguinis diuisionē, nec purgatio  
nē uſtinent, utpote quoſ ēt ſine hiſ ſyncope ſubito ado-  
rflatur. Ratio igitur medendi talibus eſt q̄ frictione mol-  
tur. Incipere uero per initia ſtatim morbi oportet, ac  
primū à ſuperiore crurū parte deorsum, idq; linteis nō  
admodum mollibus, ſed modice asperis. Deinde tota  
brachia ab humeris uſq; & ſuperiore parte deorsum fi-  
mili modo ſunt fricanda. Vbi uero artus omnes abude-  
calidi uidentur, & metus eſt, ne quis ex ampla frictione  
laſitudinis ſensuſ ſuperueniat, oleo relaxante uteris, qua-  
le eſt Sabinum: ab aſtrigente uero abſtinebis, cuiuſmo-  
di Hispanum eſt, Histricum q; et quod unā cum germi-  
nibus uel ex oliua adhuc immatura conſiſtit. per

hyemem uero digerentium usus erit, quod genus est  
 Sicyonum & chamælinum. Cum iam artus pluris  
 tum perfricueris, postea oleum detergetur, inde ad spi  
 nam dorsi transitus est: hæcque tota perfricabitur simili  
 ter, ab hac rursus ad crura te cōferes: & hinc ad brachia.  
 exinde rursus ad spinam: ita toto die facies. Porro mul  
 sa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima, cauen  
 dum q̄, ne uel cibū, uel sorbitiōnē, uel aquam exhibe  
 as, uel omnino liberaliter bibere sinas, nisi multam tri  
 bus primis diebus duntaxat, tuis ipse manibus, quas di  
 xi partes ordine perfricans. Si pulsus robore mediocri  
 sit, ac magnitudine, considera quæ ad aluum spectant,  
 ac si sua sponte cōmode non delectat, cum fiducia aliis  
 quid in aluum ab inferioribus partibus infundes. Quod  
 si maior iusto incrementorum impetus ad aluum cite  
 tur, principio quidem percoquere multam amplius o  
 portebit: minus enim ea subducit, magis nutrit: cuia ue  
 ro minus nutrit, magis subducit. At si plenius superua  
 tua descendant, ne sic quidem sistenda aliuis, sed exhib  
 endus pro aqua multa pisanæ tremor est. Si uero flue  
 re pergent, chondri sorbitione nutries. Si ex pulsus im  
 becillitate uires quoq; collapsas didicerimus, panem  
 ex uino diluto exhibere conueniet, utiq; si nec uenter,  
 nec iecur inflammatione laboret: quando si hac infestē  
 tur iam corpore crudis succis referto, nulla plane medi  
 cina periculo subtrahit. Atqui si quandoque crassi abun  
 de humores deprehendantur, oxymeli pro multa con  
 tinue exhibebitur. Ergo si æstas sit, & æger frigidæ pos  
 tioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: si hyems  
 sit, calidum omnibus. Sane balneum his est aduersis  
 tum, tum aer ambiens uel nimium calidus uel frigidus.  
 Porro iis quos syncope iam premit, si partes modo cō  
 memoratiæ inflammatione uacent, panis exhibebitur mo  
 dicus, isq; ex uino quod celerem in corpus digestionē  
 35 adiuuet, statimq; ad frictionem ueniendum est, quæ pro  
 tradito quoque tam modo administrabitur: uerum quis

PAVLI AEGINETÆ

bus ex flava bili, quæ os uentriculi infestet, syncope incit, iis frigida offerenda potio est, winum tamen tenuë, rubens & uetus.

DE HIS QVI OB PRÆ

tenues humores syncope oppri-  
muntur. Cap. XXXVII.

**Q** VI tenuium humorum uitio syncope prenum-  
tur, diuersam à supradictis curandis rationem de-  
siderant, ut quos dignoscendi notæ illis contra-  
riæ testentur. Nutrire hos oportet paulatim & continue.  
Porò ad extitum spectare existimandi sunt, si uel lecur  
iporum, uel uentriculum inflammatio obsedit, uiribus  
iam languentibus. In eiusmodi affectibus emortua illa  
species in facie celeriter apparet. Sane nutritre quicquid  
horum inciderit, est necesse: sicut etiam corporis summa  
densare, non secus q̄ priorum rarefacere, & frigidū  
ipsis aerem accersire. Vngrediuntur sūnt præterea astritorii  
unguentis, tum cibi iis dandi, qui non admodum prō-  
pte diffuant, non aqua mulsa, non pisang, tremor, sed  
panis & sorbitio ex chendro, & fugaces fructus austeri,  
qui non facile corrumpantur, tum ipsi per se, tum uero  
& cum pane, Vitum iis aquosum necessarium inter ini-  
tia est, sumptum post cibum.

DE RELIQVIS OCCA

sionibus quibus syncope succes-  
dunt. Cap. XXXVIII.

**R** Eliciæ occasions, quæ syncopas concitant  
quatuor sunt numero: dolor uehemens, uis-  
gilia, immodica ventris inanitio, ac in iis qui  
aliena loquuntur, aliquando motus. Sed & quin-  
tam, si placet, addas, nempe principiorum intem-  
periem. Celerrime igitur cor affectum in perni-  
ciem præcipitatur, mox cerebrum, deinde breui  
lecur.

**I**Taque dolor, qui stuporem inducit ex frigida oritur dispositione. Pulsatilis labor magnæ inflammationis comes est. Si autem tanquam ab aculeo impatio, aut ueluti à terebro forari putes, crassi intestini species doloris est. pulsatilis, circa membranas constituitur: pertundens uehementissimis non heterocranii solum, sed cephalae quoque accedit. Interim hic à parte primario affecta, ceu à radice subito in uicinas perfertur. Porrò distendentes utrinque netuorum do lores sunt, cum & laborant, & ad utraque extrema tenduntur. minime, uero in latitudinem porrecti nerui dolores percipiunt, membrana uero sub cute porrecte tensiuos, stupefacentesque dolores inducit, quæ inter carnem hærescit, tanquam dilaniantem cruciatum excitat. multæ siquidem & inæqualiter inhærescunt, & ipsam carnem amplectuntur. Quæ uero membra ossibus circundantur, profundæ sunt, ipsorumque osium tanquam doleantium imaginem repræsentant. Quando igitur nulla extrinsecus doloris occasio fieri appetet, præcedens uictus ratio uenit inspicienda, fuerit ne præter consuetudinem otiosa, aut cibis homo usus sit largioribus, ilisque ex ualenti materia uel solita excretio sit retenta. Nam si ex his aliquid, uel omnia quoque appareant, doloris causa est repletio: ac quam citissime homo uacuari debet. Sic enim licebit tibi maxima cum securitate iis uti remediis, quæ fluxiones dolentibus particulis incumbentes repellant. Si igitur sanguinis sit copia, quod distendit, ueluti in inflammatione oriri solet, protinus si uires patiuntur, sanguis dimittendus est. Sed si æger sanguinis missione timeat, uel imbecillis sit uiribus, tum auertens dus in diuersum sanguis est, tum per magnam ueniam patienti particulæ propinquam deriuancus. Vbi uero uitiosus humor duntaxat afflit, purgandus est. Si utraque coeant, ambabus utere uacuationibus,

**PAVLÆ GINETÆ**

sanguine prius emissō'. Quod si his peractis dolor etiā remanet, conſtat profecto in ægrotante particula impa-  
ctum eſſe, quod afficit. Patet uero non minus & cura-  
tionem ipsam per digerentia medicamenta esse molie-  
dam. Par ratione & qui ex fatuso ſpiritu dolores con-  
trahuntur, curabimus: ſed ſimil in hiſ potius tum exte-  
nuantibus cibis, tum potionē, tum per ſedem iniectionib-  
us, tum cataplasmatis auxiliantes, tum irrorationib-  
us atque fomentis ambiens iſpum corpus rarefacientes.  
Sin moles aliqua grauando, contundendo dolorem  
excitet, moli eidem eſt medendum. Sin rodens humor  
eſt qui affligit, aduerſiſſima huic ſunt que extenuant &  
calefactiunt. Anethum oleo incoctū, dolorem lenit, &  
ſomniferum eſt: & uiride ſiccō magis.

**S I C O R P V S T A B E C O N-**  
ſumatur. Cap. XL.

**Q**uum peruentrem aliquid non ex eſculētiſ po-  
culentiſq; uerum ex iſpū corporis ſubſtantia  
excernitur humore in alium iſpam confluente  
qui quidem flauæ bili continuē per uomitū, & infra  
erumpenti conſimilis eſt, odoris autem foeditate, tum  
quod deieclit flauior & crasifit glutinosus, interim oſ-  
leolus appareat, ab iſpa diſſert, tunc nimurū caro pīn-  
guis & recens coacta ab ardentī febre reſolutur, & eli-  
quescit. Malo inueterante, non nihil etiam ex iſpī ſolidiſ  
partibus abſumitur. In hac perniicioſiſma febri frig-  
idæ potio utiſ eſt, que ex terra frigidissima petiut.  
Huiusmodi quoque eſſe conuenit cataplasmata, &  
epithemata, que refrigerent, thoraci & præcordiis iu-  
poſita. Item cibi refrigeranteſ reſte oſteruntur.

**D E V I G I L I I S I N F E-**  
bribus. Cap. XLI.

**A**T uero eorum, qui l'�modicis torquentur uig-  
iliis, crura & manus uitare, quo tempore ſom-  
num ceptare ſolent, iubemus & excitari, non nun-  
quam palpebras aperire, uel conniuere compellimus,

donec abunde fatigentur. Inde subito vincula soluimus  
lucernamq; tollimus, & altam esse quietem infugimus.  
Si nihilominus uigilie pertinaciter urgent<sup>r</sup>, ubi accessio  
remiserit, fr̄os nigri papaueris capitum decocto, illuitur,  
5 naribus q; offertur papaueris albi cortex torrefactus de  
tritus q; , & mandragorae radicis laevigatae tantundem  
cum uino. Item rosacei malagmate facies illinitur, sero  
pilloq; cum mellito in passo decocto . Hoc etiam in  
10 accessionibus est utendum. uel trita papaueris capita ex  
cipientis pane cum rosaceo uel eiusdem cerato illini-  
mus. Cibus quodammodo sit plenior, exquisitor q; .  
Adiucatur autem sorbitonibus capitum papaueris albi  
seminis cochlearium trium instar. Oleribus commisceat-  
ur papaueris nigri, si quidem folia fuerint viridia, quan-  
15 tum tribus digitis potest comprehendendi: sin minus, tria  
quatuorve papaueris capita sicca, simul incosta deligan-  
tur. Si ne sic quidē somnus accesserit, papaueris lachry-  
ma, aut succo mandragorae circumlinentur. Iam ecleg-  
ma ex papaueris capitibus compositum, & pr̄sertim  
20 ex decocto, mensura cochlearii, uel unius, uel dimidiū  
potum, somnum frequenter accersuit. In quibus autem  
caput non est repletum, & uigilie infectant utere in de-  
clinacionibus etiā suffitu, foliis amomi, cofti, arnabo,  
25 singulorum uncia, carpopbalsami libra, styracis, amomi,  
ammoniaci, b dellii scythici, mandragorae radicis, lachry-  
mæ papaueris, singulorum drachmis quatuor. Ex lignis  
cupresi accensis suffito.

CVRATIO SOPORIS NO<sup>9</sup>

xii, qui cataphora Græcis dicitur.

Cap. XLII.

**F**rons posta, cui lactis aliquid sit adiectum, abster-  
gitur, & summa ualide ligamentis excipiuntur. na-  
ribus admouētur quæ incisoriam facultatem ob-  
tinet. In remissionibus etiam cucurbitulae ualēter dor-  
so, & spinæ desiguntur. Si morbus his non cedit reme-  
diis, etiam quæ sternutamenta excitant, obliiciuntur. Ci-

PAVLI AEGINETÆ  
borum materia sit quæ incidat diuidatq; ueluti in p̄ceptis de sanitate tuenda est comprehensum.

CVRATIO DOLORIS CAPI  
tis in febribus. Cap. XLIII.

**S**i captis dolor in febribus affigit, post conuenientem febrium uacuatione in accessionum declinationibus, caput inungui debet, primum communioleo crudo, uel rosaceo, cui etiam aceti pauxillum sit admixtum: si æstas sit, & febris ardens, frigido: si hyems neque febris ardens, calido, aut tepido. Incoquatur non nunquam oleo & serpilli polygoni q; succus, per æstam etiam papaueris capita, uel ipsum papauer: quemadmodum hyeme peucedani momentum. Quod si uero dolor in fronte perseveret, sinciputq; pilis careat, hoc quoq; oblinendum est ueteri polenta & polygonio: uel pane similiter & crosis, uel modica myro, uel serpillo. Quosdam & pulegium applicatum magis leuat. Nonnullis etiam cum ignis sensus ineft, p̄yllium polenta temperatum profuit, uel ipsum per se in uiscum coctione redactum, & continue mutatum. Item corianū similiter cum polenta, & aloë cum aceto illinitur, myrra q; & ammoniacum pari modo, necnon crocomaga. Pulsatiles dolores ruta, mentaq; cum pane difflat, rosaceo quoque superaddito. Atqui si dolor commoratis auxiliis non eliditur, primum caput ad cutem adtondere oportet, deinde pinguioribus asperginibus totum ipsum foueri mox cucurbitulae occipitio aglutinari, & summae partes deligati debent, permulceri q;. Iā uero hirudines recte affiguntur. Cæterum si defluxio quedam à capite, uel grauedo oborta capitis dolorem fuscitauerit, iis utendum est auxiliis, quæ aduersus haec suo loco perscribentur. Si autem à stomachi regionibus uapores sursum tendentes caput offendenterint, etiam horum ratio habenda est, ueluti p̄ceptum à nobis est.

curam habere conueniat.

Cap. XLIIII.

**S**i stomachus imbecillis fuerit, corroborantibus ob  
linetur, quod genus palmula sunt, uinum, farinæ,  
crocus, mastiche, & aloe. aspergitur debet medicas  
mentis ex absinthio, melino, mastichino, nardo, & uino  
confectis. At si ardorem experietur, miscédat aliquod  
ex refrigerantibus, puta curcurbitæ succus, lactucæ, portu  
laca, solani, sereos, & uuaë immaturæ. Si autem inflam  
matio quædam in uisceribus appareat, etiam relaxantia  
quædam adiungenda sunt: aspergitionibus, oleum chas  
mæmelinum, cypriñu, adipes gallinae, aut anseris, bdeles  
lium, uel ammoniacum, & similia, cataplasmatis autem  
apii semē, fœnugræcum, althææ, chamaælitorum flos  
& ut uno uerbo expediam, compositam habeant facul  
tatem, tum relaxantem subtilium partium amaramq;  
tum astringenteam.

## DE I M M O D I C O F R I G O R E

in febribus &amp; rigore. Cap. XLV.

**R**igor, qui crisis ratione obuenit, remedii occur  
tere non oportet: nec uehementiam eius dissol  
vere. Quod ex sudore frigus prouenit, promo  
pte remittitur, ac nihil adfert molestiæ. In solo autem  
rigore, aut algore, ex strigidissima copiosaq; potissimum  
pituita nato, primum quidem artus plurimis in locis co  
stringendi sunt, mox oleo delinendi chamaælino  
aut cypriño, aut irino. Si autem maiore auxilio  
tibi opus sit, etiam piper oleo admiscebis, uel cas  
chry, uel adarcen, uel caftoreum molliterque totum  
corpus infiltrabis. Porro ne facile oleofum istud præ  
sidium defluat, haud fuerit absurdum & ceræ mos  
mentum colliquefacere. At si per hæc rigor non pos  
sit excalfieri, ualentioribus quoque ex his factis aco  
pis necnon dropacibus & sinapismis uti consilium est,  
aliaque fomenta rite admoliri. Item acrora ex iis que

PAVLIVÆ GINETÆ

admouentur naribus, commode faciūt, calaminthe, pū legium & hyssopum. Potui dabitur ante accessionem mūlla, in qua piper, & ruta sit incoc̄ta. ad hæc liquoris cyrenaici coēto melle formati infar mihi duabus horis ante accessionem præstabimus. Similiter & liquoris syl phii. Ad hæc quod in quartanis ex liquore cyrenaico componitur, multis fuit auxilio, iam uero in oleum lari gius, quod incaluerit nonnulli descendentes, rigores p̄tinacissimos absterferunt, ut Archigenes memorie pro didit. Galenus autem ante accessionem, cutem abrotano inficandum præcipit, uel calamintha arida, uel cuni lae tum foliis, tum floribus, uel costo, uel pyrethro, utros que horum cum oleo, unde fieri, ut uel nequaquam, uel certe minus rigeant.

DE S V D O R I B V S. Ca. XLVI.

**S**Vdores, quibus morbus soluitur, excipere oportet, quandiu satis uacuum fuerit. adiutareq; fotu mediocri, & quiete, quamobrem non abstergēdus est: nam aliis quoque alium elicit, & calido clystere in aluum dato, & sorbitione, & somno. At sudores in remissionibus morborum erumpentes, simile sis qui morbum finiunt, κρίπτω appellant, ad ministerium capiēt. Itaque præsidia quibus sudores euocantur, libro superiore capite quadragesimo octavo abunde sunt comprehensa. Cum enim sudores largius eruperint, abstergendo, leuando q; operimēta refrigerare conuenit. Etenim lassant supra modum excidentes, ut in syncopen frequenter & glos perduxerint. Leui ueste madida q; debent esse contecti, fenestrī patentibus, ut perflatus aeris frigidior accedat. his somnus adiungatur, & euentilatio. Insuper myrtus nigra in pollinem coasta, corpori inspergatur. Similiter galla, picea cortex, electrum & polenta cum uino astringente, particulis sudores recipientibus imponantur, facies q; posca per spongiam aspergatur. Archigenes etiam calcem non restinclam, & floces uini combustas, tum in his, tum in rigore, quem nullus equin cit calor,

icit calor, assimilat. Ambo siquidem, inquit, perfotus calidos succescunt. Media uero corporis loca delinenda succo arnoglossæ, uel coriani, uel portulacæ, uel brasii caput precipit, ut constricta, sudores reprimant. Idem præstat reprimendo creta cimolia aqua dissoluta, dorso & somnum, & thoraci subiecta. Totum uero corpus ros foraceo perungitur, uel melino, uel myrteo, uel lentisci no, uel ceratis quæ ex his confiunt. Nam magis sunt his idoneæ reunctiones, quæ latentes meatus obstruendo, humoris exitum prohibeant. Patet autem omnibus quod cibus quoque siccior his conuenit, & uitina mes diocriter astringentia. Cæterorum largiore potu, & præsertim humidiore, tum crebris inlectionibus abstineant. Si autem fieri potest, gestatione corpus agitandum, in frigidiore ædificio, ut summae his partes q[uod] maxime reg frigescant. Qui porro per elsum sudores sunt, (hi aut uel ob dolores excitantur, uel convulsiones) & retentio ne, fotu, extremonum, & refrigerio per panniculos la neos accerfito, leuiter curantur.

## DE TVSSI IN FEBRIBVS,

Cap. XLVII.

**T**usi in febribus, præsertim cum rigore obuentibus occurtere conuenit. Nam tussis intentione, febris quæ inclinabat erigit recolligitur. Aduersus hanc formulæ medicamenta ex melle cocto coacto, hypoglottia uocant, offerruntur. Linguae autem supposita, unde nomen habent, eliquescent: & quod spirandi impedit facilitatem, discutiunt: tempus ipsarum est in accessionum statu, & spatio quod paulum accessionem præcedit, datur etiam hydromeli decoctum. Quibus autem de nerioso genere metus non est, temporis processu exhibebitis cum fiducia & oxymeli. Sin minus, hyssopi decoctum, quod etiam rigidenter auxiliatur. Item castoreum cum febris ardens non est, nerioso, & quoq[ue] generi cõmiseretur. Adhæc elegma ex piceæ fructu, nucleis pineis, iride, semine lini, amygdalis amara.

PAV. AEGIN.

H

## PA VLI AEGINETÆ

ris, & urticæ semine plurima uero ex parte cibis quoq;  
hæc simul adiungentur. Ac resina quoque & terebinthi  
na in ovo exhibetur. Extrinsecus autem thoraci, & los  
cis arteriæ uicinis, lana suture infecta imponatur, ac pin  
gue, oleum uerutaceum esto, uel irinum, uel anethinum.  
Præterea deligatura ualida in longum exacte porrecta,  
tussum cohiber: dico aut per medias partes extremasq;. Non  
ratione care: & apophlegmatismis tussis gratia  
uti, utroq; herba pituitaria genere, & sylvestri, & satiuo  
commanducato, uel cum mastice summa debent in  
fricari, contrectari, & ligaturis intercipi, deinde rursus sol  
uenda est retractio. At si propter febris acrimoniā tuſ  
sis concitatur, utendum est gargarizationibus ex aqua  
tepidā, nec non frigida subinde profuit, & ex posca, &  
palmularum decocto, uel rosarum, uel dulcis radiculæ.  
Visceribus autem, uel etiam cordi ipsi incipiunt quæ  
modice refrigerant.

## DE STERNVNTAMENTO.

Cap. XLVIII.

**S**TERNUTAMENTA dum f. bribus incidunt, subinde mo  
lestant. Etenim caput replent, & uirtutem arguent.  
Nonnullis sanguinem quoque eliciunt, & alia hu  
iusmodi inferunt incommoda. Quare aduersus ipsa  
remediis pugnandum est. Cohibet itaq; sternutamentū  
inuadens, nasi perficitatio, frontis & oculorum apertio,  
studiosa palati frictio, ruetus, illum intentio, capitis in ali  
atum elevatio, inclinatioq; ad latus, summorum muscu  
lorum contrectatio, maxilla, muscularum perunctio,  
calentis olei in aures infusio, ligamentum calidum men  
to impositum. Caueri debet repentina ex somno excis  
tatio, fumus, puluis, acrior odoratus piperis, castorei, sis  
napis, mente, suauitas malorum, & farinæ odor, obtun  
dunt enim sternutamentū elisum, & spongiz ex ma  
tri inanes. Vbi uero cupiditas sternutandi oborta fue  
rit, non autem sternutamentum erumpat, labii quies

idonea est. tum acriorum odorum experientia , &  
animi remissio.

## DE CIBI FASTIDIO.

Cap. XLIX.

**Q** Vibus uitiosi humores fastidium procreatint,  
ii cibis & poculentis solicitandi sunt, qui huius  
modi succos uel per uomitiones, uel per aliuū  
excernere soleant, uel contemperati, meliores reddant,  
quorum materiam libro superiore, qui totius operis pri-  
mus est, comprehendimus. At si ob uitutis imbecillita-  
tem, cibum respuant, quoniam omnis facultas ex parti-  
cularum intemperie infirmatur: conuenit intemperame-  
ti speciem, contraria medicari. Plura de fastidio, in sto-  
machi uitiosi, libro tertio pertractabimus. In febricitantio-  
bus autem, statim per initia cibi cupiditas, iis quaे odo-  
rem mouent, recuperanda est. Potissimum uero polen-  
ta in aquam mersa, uel poscam, uel dilutam uini potio-  
nem, uel cuiusdam odorati, & fructuum fugacium qui  
astringant decoctum, item perunctione blanda, & mos-  
derata totius corporis frictione, eliditur cibi fastidium,  
ac contrectatione tum frontis collutione, aquæ sorbitio-  
ne modicæ. Ceterum stomachus digito immixto tur-  
batus, ad cibum assumentum quodammodo solicita-  
tur, id ġ; potissimum bilioso quodam humore, aut acis  
do sursum educto. Secundum primos dies, cataplas-  
matis quoq; à foris stomachus ad cibum conuertitur,  
ex palmulis, malis, cenanthe, abfinthio & aloe confe-  
atis. Cibi autem præparentur plures simplices ġ; & fru-  
mentacei. Insuper alterius generis varietatem quandā  
sortiti, qui tamē non ab iis abhorrent, qui in febribus  
dantur, in quibus & fructus fugaces conueniunt, qui  
non ex facili aescunt, neque nimium dulces sunt,  
sed maturi, neque ad satietatem exhibendi, uer-  
rum quantum ad aliorum ciborum cupiditatem  
excitandam sufficit. Præsto autem sint resciendis  
familiarissimi, qui tum corripere ægros, tum adhor-

H ii

## PAVLI AEGINETÆ

Tari queant. Porro febribus solutis, si in uirium recreatio  
ne perduret fastidium, etiam sisarum cum oxymelite  
coctum, lactuca, oliuæ halimades, capparis, salsamentū,  
bulbi & q̄cūd ad bonitatē stomachi facit, accommo  
detur. Nec non & illud ipsum in memoriam reduca  
tur, quibus cibis per sanitatem maxime usi sint. Item am  
bulationes, gestationes, clamores, dropacismi, frictiones  
& exercitia adhibeantur. Præterea ablinthii succi potio,  
uel aloes, acetiq; scillitis instar miftri absorptum, in id  
uehementer efficax est.

## DE GRANDI FAME, QVÆ græcis bulimos dicitur. Cap. L.

**S**iuero in grandem famam, quam bulimon appell  
ant Græci (dico autem cum minusq; par est, cl/  
bos corpora sentiunt) fastidium inclinauerit, hisce  
reficiemus, tum aliis, quæ haribus admouentur, suillisq;  
carnibus aspis, & hœdinis. In summa omnibus, quæ nis  
dorosum odorem repræsentant, Acrimonia sanè febrīū  
lenita, & extremæ partes deligari ipsiç; excitari debent,  
maxillas pungendo & crines, uel auriculas uellicando.  
refectis, panis ex diluta uini potione, uel aliud quippiā  
distribui facile exhibetur.

## DE CANINO APPETITV. Cap. LI.

**E**T si hoc symptoma febribus non adeo superues  
niat, sed nonnunq; secundum ipsas, præserim gra  
tia cognitionis, quam cum fastidio contraxit, nil  
tamen fuerit mali, etiam de immodico appetitu, quum  
ambo naturæ modum excedant, sermonem instituere.  
Quoniam igitur à pituita potissimum acida constitui  
tur affectus, si utendum est, quæ hanc incidant repur  
gentiç; Talia autem sunt maxime dulcia, salsa, & alios  
qui abstergentia calida. Vinum igitur ipsis recte datur  
copiosum, ex eorum numero quæ impense calefaciūt,  
cuiusmodi habentur colore uermicula, aut rubra, astriz  
tionis expertia. Verum dulciora potius propinuantur,

uel non stientibus. At cum optime habuerint, primum  
ipsis pinguis, mox alia omnia ex oleo largiore præpa-  
rata, quibus nihil austерum, aut astringens sit adiectum,  
offertur. Hæc etenim, licet aduerius ipsam catram  
manifeste non pugnant, attamen impotentem ad cibos  
animi impetu disoluunt. Horum autem penuria con-  
sistentiæ pituitæ stomacho inhærentis absunt, minuitq;. Iam  
salsamenta ipsis commode exhibentur, ab his uis  
na commemorata liberaliter assumpta profunt, quod  
ubi longiori tempore fecerint, caninus appetitus finitur.

## DE SITI. Cap. LII.

**S**itum admodum longam fieri existimabis ex siccis  
ate, aut caliditate, particularum per quas humor ex  
ore in uentriculum defertur. & siccitatis quidem  
remedium est somnus, caliditatis autem vigiliae. Non  
nulli uero sitibundi ex uino ciborumq; caliditate sunt, q;  
bus medetur frigida potio. Pravas autem qualitates de-  
siderant, quemadmodum & cibos, præpollenti humo-  
rum uitio respondentes. Cæterum siti pressos inextinx-  
guibili, unde etiam mortem oppeterunt, noui qui uipe-  
ras dipsadas aliquando uorassent, item qui uino ueteri  
sele inebriasset, item nauigantes, qui ob aquæ potabio-  
lis defectum, marinam bibere ausi, interierunt. Verum  
situm in febribus placare solet, fatus capitisi ex oleo frigio  
dissimo, uel rosaceo, uniuersim superaccommodatus.  
Optime facit ad situm nigra lactucæ semen commandat  
catum. itē glycyrriza appellata, adhæc cucumeris semen  
in ore reteutum. Datur etiam ad situm hoc catapotium,  
cucumeris domestici drachmæ octo, tragacanthi dra-  
chmæ quatuor, tragacanthū soluitur ouoruū crudoriū re-  
centium albumine. & cū fuerit dissolutū cōtritumq;, cu-  
cumeris semini prius leuigato adiungitur. Postq; emola-  
lieris, pilulæ formantur, in umbrāq; siccantur, ex his una  
sub lingua tenenda exhibetur: humor paulatim saliuia  
solutus deglutitur. Iam dilutum malorum cydonios-  
cum, uel pīrotum, uel mespilorum, uel pampinorum.

H iii

PAVLIMÆGINETÆ  
uitis, uel mali granati succus sorbitio datur.  
DE LINGVÆ SCABRITIE.  
Cap. LIII.

**H**Vineſtanda est linguae ſcabrities, lini ſeminis de cocto ægris in os dato: melius autem facit myxa cum lini ſeminis incocta, ac dīgito in hūc ſuc-  
cum demerſo lingua inſtricata, aqua puriore abluitur. uel ſpōgia abſtergitur, deinde roſaceo illinitur, iā ipſum rosaceum in eſſe cōtemperatum, in id valde efficax eſt. & portulacæ ſuccus in ore retentus, item rhu obſonio rum muſlæ admixtum bene facit, insuper Damascena, & myſcion(hoc autem eſt myxa) ore retenta & lingue circundata. His adde etiam laetucæ caulinum. Archigenes autem tradit etiam ſalem indicum, colore quidē & ſubſtanția communi ſimilem, gūſtu autem mellitum, lenticulae inſtar, uel plurimum ad fabæ magnitudinem deuoratum, uehementer poſſe humectare. Ceterum in latus decumbere prodeſt, nam ſupinus cubitus exiccat, item os conniuere, hiatus enim madorem abſumit. Sternumamenta porrò accerſita, linguaſ quoquis alio plenius humectant.

DE NAVSEA. Cap. LIV.  
**C**Vm ſine cibo aſſumpto nauſeabundus æger efficitur, cuiuſi licet, arbitror ratiocinari prauos humores uentriculum obſidere. Non nulli uero turbantur, ſed nihil euomunt, humore ipſis tuniciſ imbutis. Pituitosos itaque ſuccos concoquere oportet, ſeruando ægrum in quiete, inedia, & ſommo. tenuiores uomitū eiſcit, qui nonnunquam ex pūſanæ cremore, uel muſla excitatur. glutinosi humores & crassi, atque nuuantia deſiderant, quod genus eſt oxymel, & ſimilia. Humiditate aut̄ praua tuniciſ impačta, picra ex aloe utilis eſt, uerum quæ aſtrigunt, haud mediocrem noxam conciliant, quemadmodū rursus, cum humiditas multa citra malitiā ineſt, aſtrigentia quidē q̄ utilissima ſunt: medicamentum uero ex aloe in matcorem perducit.

Cum uero frigiditas humoris adest, astringentibus mihi  
scri etiam debent calefacientia. Nota est frigidi affectus,  
quod neque sitim, neque ardorem eo detengit  
ti experiantur.

## DE BILIS VOMITIONE.

Cap. LV.

**B**ilem uomentibus cataplasmata applicandum est  
ex palmulis, malicorio, galla uino incoctis, uel  
posca, pane simul contrito. Item acacia, hypocystis,  
balaustium, & rhubarbarum cataplasmata adiungantur. Praeterea  
hæc cucurbitula admota magnifice auxiliatur, cum  
largiore flamma. Cibum uero frequenter paulatim das-  
simus. In his autem qui atram bilem uomunt, & in-  
stinationes stomachi experiuntur, spongiae acetone & acer-  
rimo calente madidas imponito, uel hederæ folia uino  
incocta illinito.

## DE SINGULIBVS.

Cap. LVI.

**S**ingultus oritur uel ex repletione, uel inanitione,  
uel succis acrioribus stomachi erodentibus, quibus  
vomitione redditis, cessat. Plerique uero medica-  
mentum dia trion pepereon assumentes, si statim uinum  
supbibent, singultiunt. Quia aut nonnulli est cibo intus cor-  
rupto singultu infestentur, cuiilibet notum est. Ia non paucis  
rigore correpti singultiunt. Vomitum itaque iis qui ex  
repletione, aut rosione stomachi singultu cruciantur, me-  
deri abunde comperimus. calida uero, iis qui ob perfri-  
ctionem. At quid ab humoru repletione, singultus origi-  
nè habuerit, uiolenta indiget euacuatione, quia sternutatio  
mentu præstat, ob inanitione creati singultus, sternutatio  
mento non finiuntur, datur aut singultentibus ruta cum ul-  
no, uel nitru in mufa, uel seseli, uel daucus, uel cymini,  
uel gingiber, uel calamintha, uel nardus gallica. Haec sa-  
nè singultus ex ciborum corruptione, aut frigore, aut  
repletione contracti, auxilia sunt, qui autem ex frigidos-  
rum uiscorumque humorum copia singultu experien-  
tur, castoreum tribus obolis potulimentum ex posca, id est

H. iii

PAVLI AEGINET AE

cuti impositum unā cum oleo ueteri sicyonio adiuuat.  
Insuper acetum scillites, uel oxymeli potum conuenit,  
deniq; spiritus retentio, præsens est remedium.

DE ALVO IN FEBRIBVS

astricta, & cito. Cap. LVII.

**Q**uæ arescentem aluum proritant, libro priore  
quantum res exegerit comprehendimus, quo  
niam uero eadem quoque liquida febris in  
cidit, in præsentiarum mētionem ipsius facere oportet.  
Multi enim non febris ratione, sed ob hoc solum acci  
dens in perniciem præcipitati sunt. Principio igitur exci  
piemus quæ egeruntur, nullo remedio occurrentes à  
corruptione & cruditate emanantibus. Si autem uacua  
tio modum excedat, cohibenda aliud est, & si quidem  
actiora effteruntur boni succi esse, & alioquin crassioris  
conuenit, quæ assumuntur, huiusmodi existunt ex chō  
dro, & ptifana sorbitones, balnea his postquā morbus  
ematuruerit sunt idonea. Cum uero pituitosiora & fluvi  
da erumpunt, contra sicciores calidoresq; cibi erunt,  
quatenus febres permittant. Huius generis habentur, q  
ex panificiis calefacientibus confidunt. Balneis hi prohi  
bendi si nihil aliud compulerit. Porro ubi concoctrix  
facultas infirmatur, astringentibus tum cibis, tum reme  
diis utendum est. cibis sanè, in qbus maxime malū gra  
natum, aut poma, aut pira, aut melpila sint iniecta, uel èt  
hisipsis, & tūto tenui odorato astringēte: remedii aut,  
cataplasmatis, nimiri ex polenta, palmulis, absinthio, ro  
sis, myrtis, & cōsimili materia. Cæterū cōsiderandum ue  
nit, quibus potissimum particulis cataplasma debant  
imponi, dico aut stomacho, aut imo uenti: nonnunq; &  
circa lumbos applicamus. Cruentas aut excretiones repr  
mūt ex thure cōfecta, desiccataq; uel pollē polenta, uel  
farinæ, uel thus, uel māna uino macerata, uel posca. Po  
rro actiorē humiditatē èt iniectione p aluum, edulcare  
cōpetit, nunc ipsa aqua, nunc ptifanae cremore, uel chon  
dri, uel oryzæ, uel tragi, idq; non semel uerum sèpius.

## L I B E R S E C V N D U S 61

Postea uero adiungentur etiam rosæ siccæ, uel myrti,  
nonnunquam & gallæ, & ouum simul cum rosaceo uis  
noq; tenui astringe i, uel rosatum decocto inditum: uel  
sed quocq; appositum excernendi cupiditates retundit.  
5 Cum frequens desidendi est appetitus, agatum sedi ac  
commodatum ex calidis spissamentis immittatur.

## D E S A N G V I N I S D I S T I L L A

latione, & eiusdem ex naribus pro  
fluiio. Cap. LVIII.

10 **Q** uoniam distillatio totius corporis, aut capitis  
redundantiam innuit, per extusionem, uel aen-  
statem eueniens: largior autem excretion habiliis  
est laxare & minuere copiam, ratioq; est inde ipsam mo-  
liri, unde natura proclinauerit, his ego consideratis au-  
sus sum in quartanarum distillatiōibus scalpello, ut mos  
est, harium uasa conuulnerare, oportet autem non exis-  
guo fluore contentum esse, sed pro uiribus detrahere.  
Spontanea in febribus per nares sanguinis profluua, si  
in crisi fiant, excipere conuenit, si autem sanguis immo-  
dice erumpat, sistere conandum est. Primum itaq; extre-  
mæ partes valide deligabuntur, æger sublimi capite figu-  
rabitur. Videatur etiam præputii deligatura sanguinis pes-  
ciliariter ex naribus profluua cohibere. æger non exo-  
purget narium foramina, necq; irritet, uerum sanguinem  
25 concrescere sinat, natus spongia, quæ in posca maduerit  
refrigescat, ac obturamen ex linimento naribus profluē-  
tibus demittatur, medicamēto quodam ex eis quæ san-  
guinem comprimit, inundo: horum materiam, & res-  
liquam locorum affectioni curationem libro subsequens  
30 ti uerbosius persequemur.

## S I A N I M A D E F I C I A T .

Cap. LIX.

35 **Q** ui ex cholera, alii profluuiio, aliisq; multis, &  
uniuersim factis uacuationibus, resoluuntur, iis  
aqua frigida aspergitur, & nares comprehendū-  
tur, os uentriculi infrixcatur, uomitus p̄cipitur, stomachus

PAVLI AEGINETÆ

turbatur, uel digitis immisis, uel pinnis, præterea pluribus uinculis ualide deligari debent. Cum per imas particulas uacuationes sunt, manus: cum per superficies, crura. Cæterum sanguinem fundentibus prospicienda est figura sine dolore sublimis, & cucurbitula defigetur, quæ particulas retrahat contrario uacuationem expedituibus modo. Curat etiam uinum aqua temperatu resolutiones ex subitis uacuationibus ortas, nisi ulceru inflammatio, aut uehemens capit is dolor, aut attonitus aliquis affectus, aut febris ardens, in crudo morbo prohibeat: in his siquidem magna uinum adfert incommoda. Et si æstas fuerit, calidiq; temperamenti æger, ac frigidæ assueferit, frigida exhibebitur, fin contraria euenerint, cai da. At si ex ludoris copia animæ deficit, cutis densanda est, quemadmodum à nobis prius est dictum. Tum ut frigidus aliquis perfatus accedat, prospiciendu est. Porro in uentriculum defluxionibus nihil horum conuenit, præterquam ipsi uentriculo stomachoq; corroborantia admouere, & affectos in balneum ducere. Hoc siquidem illiusmodi fluoribus est accommodatis sumum, uerum sanguinis profluvia, & sudores uehementer proritat. Qui ob plenitudinem animo destituuntur, uino ciboq; abstinebunt, item balneis si febricitent. Potio autem mulsæ datur, in qua uel thymus, uel origanū, uel pulegium, uel hyssopum sit incoctum. Propidum uero iis est & oxymeli. At si propter humores uitiosos in stomacho contentos anima defecerit, iubendi sunt uomere ab hydrelao, digitis aut pinnis in os demisis. Sin autem uomere nequeant, oleum q; laudatisimum ipsis propinabitur, hoc enim & alio ex inferioribus partibus infusum, subinde uacuat. Iam uero absinthium ipsi auxiliatur. Porro si propter stomachi imbecillitatem dissoluantur, iis uti expedit quæ firmando ipsi sunt: ueluti anteia in capite de eodē comprehensum est, summaq; perficere oportet. Existi in sole ad balneum ducuntur, q; perfixerunt, medicamen diatione pipereon, ipsum q;

piper assument. Quia uero ob caliditatem largiorem,  
 & stumue, aut lentam in balneo moram, animo deficiunt,  
 curantur frigida aspersa, aeris perspiratu, stomachi fric-  
 tione, uini cibi q; ufu. Si autem propter Inflammatio-  
 nis magnitudinem, aut febris malignitatem in accessio-  
 nibus animus deliquerit, perfrigescantq; artus, fricare ua-  
 lenter iubeto souere & deligare. Ad haec uigillas ine-  
 diam q; præcipito. Ea uero & ante accessionum faciun-  
 da sunt. Quibus ob siccitudinem anima deficit, duabus tri-  
 bus uerbe horis ante accessionem, cibus offeretur, uel chon-  
 dri tremor, uel panis ex aqua simili cum mali granati  
 nucleis, aut pomis, aut pirs. Si autem magni periculi me-  
 tus sit, etiam uinum dabitur. item iis qui subito animam  
 perdunt, his remedii succurrendum est. ac ubiq; caus-  
 am considerare conuenit, propter quam animæ defec-  
 tus accidat, atq; contra hanc pugnandum est. Nonnum-  
 quam uero & symptomatis maior habenda est sollicitu-  
 do, nempe cum periculum, uel etiam morte minatur.

**Q V O M O D O V L C V S C I R C A O S**

sacrum proueniens curetur. Cap. LX.

**E**t hic affectus, febribus potissimum lentis, ex diu-  
 turno decubitu superuenit. Cum itaq; sacri osis  
 regio incipit rubescere, circulum ex lana iuste ma-  
 gnitudinis, parti subiicemus, postea rosaceum, uel myro-  
 bolum ceratum, quod argenti spumam, aut cerusam has-  
 eat, superaccommodabimus. Inflammatione autem  
 oborta, cataplasma ex pane cum solano, uel polygonio  
 uel arnoglosso, uel tenera brasica applicatur. Si ulcus  
 serpat, lenticula cum malicorio illinitur.

**Finis libri secundi.**